

Athes honorificè eum suscepit. Scripsitque pro eo ad Parthos suadens, ut suum regem reciperent, fidem suam interponens non fore eum injuriarum memorem. Partis id posse negabant, quod jam principatum dedissent alteri, nomine Cinnamo: timentes, ne bella civilia exortitura sint. Cinnamus autem voluntate procerum cognita, cum esset alumnus Artabani, scribit ei, ut accepta à se fide revertetur, recepturus amissam dignitatis fastidium; à quo ille persuasus rediit. Cinnamus autem obviam profectus, adorato & regis appellatione salutato, diadema suo capiti detractum, imposituit. Et Artabanus Izata opera in regnum suum restitutus est. Ioseph. lib. 20. cap. 2. Antiq.

Est C. Jul. Cæsar dictator militari seditione aliquando exagitatus, ita tamen, ut in nullo ducum majora interim existerint auctoritatis exempla, quorum unum satis sit referre. Dum Africam bello perit, Romæ legionarii, mota seditione missionem effragabant: obtulit sese ille nihilo fecius faventi multitudini, omnibus amicis frustra revocantibus. Ceterum uno verbo, quo eos Quirites, & non milites appellavit, adeo circumegit, ut responsum sit, se milites esse, non Quirites: moxque exauctorati agrè precibus obtinuerunt, ut in integrum fuerint ab eo restituti. Sic circa Placentiam sexta legio multata: sic C. Cassius Pompejanorum ducum unus, cum plures ductaret naves in Helle-sponto ad bellum instructas, eidem Cæsari cessit parvo navigio sedenti. Tanta uni ducum auctoritas non solum inter suos fuit, sed superavit etiam apud hostes. Sab. lib. 6. c. 8.

Donus I. Pontifex tantum doctrina & sanctitate vitæ valuit, ut Ravenarum Ecclesiam, à Romana jam pridem segregatam, & ob eam rem Allocephalon appellatam, sedi Apostolica obtemperantem reddiderit, Theodoro ejusdem Ecclesiæ præfide se subjiciente. Platina.

Cum Neapolitanus populus, Ferdinando rege ad Capuam Carolo IX. Gallorum regi sese opponere cogitante, Judæorum trapezitarum ædes ipse prædæ diripulisset, totaque civitas ad defectionem spectare videretur: Ferdinandus rex prope ad volans, tumultum sedavit. Erat enim adeo cello intracto-que animo, ac vultu maximè ad promerendam gratiam fereno, ut pro concione obnixè deprecanti, ne nefaria defectione se regem, vel potius omnium fratrem, in ipso patriæ cregmio, apud omnium ordinum civis familiariter educatum, crudelissimis barbaris prodere vellent, certatum omnes fortunæ ac liberos pro ejus salute obtulerint, in modo incolumi exercitu Capuam tueretur. Iovius lib. 2. Hist.

Petrus Lauretanus maritimæ rei præfectus, ad Callipolim Turcicam classem primus vicit: ad Rapallum Francicum Spinolam Genuensem cepit, cum octo triumviri gubernatoribus, tribuere consiliarius: mox D. Marci procurator creatus, seditionem in area Marciana à classariis remigioque, quod frequens ex Iulia & Dalmatia convenerat in supplementum Pandanzæ classis contra Philippum Mediolaniducem, concertatam, licet æger adventu, suo compressit. Quam nec Ducis impetium, nec decemviri auctoritas, ne fatellitum copie avertete potuerunt, privati viri majestas coercuit, ita ut trepidi omnes disurgerent. Egnat. lib. 7. cap. 1. & lib. 2. c. 5.

Aucupes. Aucupium.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Aucupium est exercitatio quæ fit circa capturam avium à prædatoribus Græcis. Unde & aucups, qui eas capit: notum est illud Catonis: Fissula dulces canis, volucres dum decipit aucups.

QUI EXERCUERINT.

Philoctetes cum cruciaretur non ferendis doloribus è vulnere à telo Herculis accepto, propagabat tamen vitam aucupio, congebat tardus celeres, itans volantes, pennarumque contextu corporis tegumenta faciebat. Cic. lib. 5. de Finib. Bionis Smyrnæi idyllion bucolicum Stobæus serm. 62. affert propter elegantiam & ingenium lectu dignissimum: de Adolescente quodam aucupe, Cupidinem alatum tamis incidit conlectante:

Ἰδὼν τὰς ἐπι κούρῃς ἐν ἄνοι δειδύχοντι
Ὀρεὰ θύρα, τὴν ἀπὸ τῶν ἰδίων ἔρωτα
Ἐπιδύχον αὐτῷ πατὴρ κλάδον. ὅς δ' ἄλλως
Χαίρει, ὅτεκα ἐν μέγα καίρειτο ἄρῃσιν αὐτῷ,
Τὸς κλάδους ἀπὸ πεύκας τὰ ἀλλοτρίων συνείπων,

Τὰ δὲ τὰ πρὸτα μετακλῶν ἠεὶ δειδύχοντι,
Χ' ὅ παῖς ἀκλαίων, ἴσῃ οἱ τῶν δὲ ἰδίων ἀπείρῃ,
Τὸς κλάδους ἰσῃσας. πῶς ἄρῃσιν ἄριστον ἴσῃσας,
ὄρεν τὰς τῶν ἰδίων ἰδύχοντι, ἢ ἄρῃσιν αὐτῷ,
καὶ οἱ δὲ ἰδίων ἔρωτα καὶ δειδύχοντι. αὐτῷ δ' ἄρῃσιν
Μετὰ δὲ κίρῃσιν καὶ δειδύχοντι. αὐτῷ δ' ἄρῃσιν
ἔρωτα τὰς θύρας, καὶ δὲ τῶν ἰδίων ἔρωτα.
ἔρωτα καὶ δειδύχοντι καὶ δειδύχοντι. αὐτῷ δ' ἄρῃσιν
ἔρωτα καὶ δειδύχοντι. αὐτῷ δ' ἄρῃσιν ἔρωτα.
ὄρεν τὰς τῶν ἰδίων ἰδύχοντι, ἢ ἄρῃσιν αὐτῷ,
καὶ οἱ δὲ ἰδίων ἔρωτα καὶ δειδύχοντι. αὐτῷ δ' ἄρῃσιν
ἔρωτα τὰς θύρας, καὶ δὲ τῶν ἰδίων ἔρωτα.

Adolescens olim aucups in nemore arboribus densis dum venatur aves, fugitivum vidit Amorem buxi ramo insidentem. Ut igitur animadvertit, gaudens (quoniam avis ei permagna videbatur) & calamos simul omnes inter se conjungens, huc illuc transilientem observabat Amorem. Tandem vero indignatus, quia nihil proficiebat, abjectis arundinibus, senem audivit aratorem, à quo hanc artem didicerat, eique rem narravit, & sedentem offendit Amorem. Porro senex subridens movit caput, & respondit puero: Abstine venatione, nec istam avem insequitor, fuge prociat: Mala est hæc bestia, tuque beatus, dum non ceperis ipsam. Sed cum adultus fueris in virum, ille qui nunc fugit, & resilit, ipse sua sponte accedens subito capiti tuo insidebit.

Dinas Phœrens, ex aucupe tyrannus. Vide. Tit. Astu tyrannidem innotescere.

De Philoctete Struthio tale plebiscitum extat apud Suidam. Si occiderit quipiam vestrum Philocterem Struthium accipiet talentum, si vero vivit illum adduxerit, quatuor: eod quod congregat passeret, & seprenos obolo vendit: deinde inflat turdos, & offendit eos omnibus, & corumpit. Merulis autem in nates insert pennas: itemque columbas capit, atque includit, & cogit decipere illegatas reti.

Larrones in Ægypto ab Actisæ Æthiopiæ rege amputatis naribus in ultima deserta relegati, in Ægypti, Arabiæque finibus non procul à mari urbem Rhinocorram extruxerunt. Ubi omnia re egentis, cogente necessitate, fassis calamis longa retia sibi fecerunt, quibus juxta litus per plura stadia dispositis, ex capris contrivicibus, versantibus ibi G magno numero ad capiendos pisces, victum sibi comparant. Diod. lib. 1. cap. 4.

Eques Rom. aucups noctuam, quæ Augusti somnum in villa turbabat, cepit.

Vide Tit. Avaritia reprehensores.

Lothericus quidam natione Dacus, pater Agnetis & Hubonis, cum aucupio plurimum delectaretur, fertur hybemo tempore, ascensu navicula, dum studio insediandi aquatiles aves circa litus vagaretur, subita ventorum vi in alium raptus, duas noctes huc atque illuc agitur fuisse, ac tertio tandem die ad Orientalium Anglorum litus pervenisse, & ob scientiam aucupandi, ab Edmundo rege in familiam receptus. Non intercesserant multi dies, cum hunc quidam servus accipitrum domitor, invidia motus, quod ille in ea aucupandi arte peritus esset, per insidias interemit; propter quod facinus cum à rege venia negaretur, in Daciam aufugit, ibique Edmundo insensu, quod impunitatem non conceisset, indicat Agnero & Huboni, patrem illum regis Edmundi justis necatum fuisse. Illi ergo in Angliam cum exercitu profecti, Edmundum incautum opprefere. H Polyd. lib. 4.

Theodericus Mæcenium rex infesto exercitu Thuringiam invaserat. Victus magna frage Heimenfredus rex, in urbem Chidingam ad fl. Onstrit se recepit. Interea Franci in societatem militæ Saxones quoque receperunt. Obfessa diu urbe, Thuringi eruptione facta, magnam cladem accepere. Itaque Heimenfredus legatum de pace ad Theodericum misit. Itaque reges deliberante de forma pacis dandi, egressus Thuringis quidam urbe, ad fluminis ripam accipitrem emisit in columbas, in adversam ripam fugientes. Saxonom quidam accipitrem manu cepit. Tum Thuringus recipiens accipitris cupidus, Saxonom magno clamore ad colloquium venire iussit: habere se rem occultam quam indicet, pactus prius sibi reddi accipitrem. Dixit igitur, inter reges jam de pace convenisset providendum Saxonomibus, ne conjunctis inter se amborum armis opprimantur. Saxones de fuga cogitantes, sensu unius voce confirmati, urbem nihil hostile metuentem invaserunt, ditiperunt. Crantzius lib. 1. Saxon. cap. 7.

Captiv.

REGES, DUCES.

A Capiendis avibus Henricus I. Imp. ante deditus fuit. Unde propter studium & atrem fallendi volucres, dicitur est Aucups. Sabinus de Germ. Cap.

Fallere quod volucres laqueis viscoque solebat.

Aucupis aucupii nomen ab arte tulit.

Fridericus II. Anarbarbus venatione & avibus plurimum delectabatur, & primus in Italiam cum falconibus & accipitribus aucupandi morem invenisse traditur. Testis Leander Bononiensis in Italia.

Henricus VI. Imp. venationi summo per deditus, falconum aucupium in Italiam primus invenisse creditur. Collectivus lib. 4. Neap. hist.

Ad mare rubrum Struthophi, gens non admodum magna, apud quos aves dicuntur esse cervorum magnitudine quæ volare non possunt, fæde celeriter currunt, quemadmodum struthiocameli. Nonnulli eas atque venantur, nonnulli pellicibus struthiorum lecti, nam dextram manum pelle colli operiunt, atque eam sic movent, quemadmodum animalia collum, sinistra vero femina spargunt, & suspensa pera educunt: eo avem illicientes, in convales detrahunt, ubi viri animal circumfidentes obruncant. Strabo lib. 16.

In Thraciæ parte supra Amphipolim homines atque accipitres societate quadam aucupantur. Hi ex sylvis & harundinetis excitant aves, illi supervolantes depriment. Rursus captas aucupes dividunt cum iis. Traditum est, missas in sublimem aves excipere eos: cum tempus sit capturæ, clangore ac volatus genere invitare ad occasionem. Plin. lib. 10. c. 8.

Audacia. Audaces.

* DEFINITIO ET ORIGO.

Audaciam accipitrum proprie Theologi, & qui de virtutibus & vitis scripserunt, pro excessu in aggrediendo: cum quis, ut imminens malum repellat, aliquid aggreditur, quod non convenit, vel quando non convenit, vel eo modo quod non convenit. Oritur autem hoc vitium partim ex superbia, ejusque filia vana gloria: partim ex defectu estimationis, vitæ proprie, honoris, &c. partim ex animi stoliditate, & vecordia, qua non apprehendunt pericula. Estque audacia, maxima dispositio ad temeritatem, & nonnunquam pro iisdem accipiuntur. Festus audaciam ab avidè, id est cupidè agendo delectat. Hebræi autem Betac appellant, quod idem est, quod Batac, confusus fuit, & Græcis τὸ αὐτὸν dicitur vel secundum alios τὸ αὐτὸν, quasi nimia confidentia, qua quis sine respectu tantum quamquam aggreditur.

* MORS AUDACIUM.

Dicit Aristoteles, Audaces esse timidos, unde eos vocat θρασύθυμους. Initio enim inquit: prætoperi sunt, & antequam res urgeat, adire pericula volunt: In ipsis autem periculis cedunt & absistunt. Quæ sapienter Poeta Latinus in Thebaid. 10. Da, monet, spatium, tenuemque moram, mala cum læta ministrat imperius.

Et Ovid. 10. Metam. In audaces.

Non est audacia curæ.

Sed & Græcus comicus hortatur: τὸ πᾶσα παύσαι τὸν ἀμαρτυροῦν τοῦ.

Audere multa, multanos labi facis.

AUDACIA SBU TEMERITAS IN PROPULSANDO.

Quemadmodum Fortitudinis vocabulum omnes species comprehendit: ita quoque Temeritas excessum, Timiditas defectum hujus virtutis indicat. Temere profecto illud fieri dicitur, quod avortas, stultè, inconsideratè & absque ratione, quamvis magno cum conatu, atque robore fit. Tales fuerunt olim Gigantes, Cyclopes, Lastrygones, & quavis alii Barbari, deorum immortalium, hoc est ipsius rationis, per quam a bellis differrimus, & ad deorum naturam proximè accedimus, contemptores. Audaciam Latini vocant, detorto fortassis vocabulo à Græcorum αὐδαιία. Est enim αὐδαιία, αὐτοπαύειν, ut Euastachus interpretatur, sibiipsum minimum tribuens, suo robori plus satis confidens: eaque propter etiam Superbiæ vitio laborat. Iam vero Temeritas vocabulo in specie inconsultam animositatem in propulsando exprimitur, eamque Fortitudinis propulsantem vere opponimus. Habitus ipse per se & semper virtuosus est: effectus in eadem laudabilis, quando rationis errorum successus fortuitus emendat.

QUI AUDACES, scilicet POPULI.

Athenienses nanquam pacem decernere Demades dicebat, nisi pallis vestibus indutos: innuens eos bellandi plus satis cupidos, nec nisi clade accepta de pace cogitare. Plut.

Cum ad Plataas Græci contra Mardonium confederent, post equestre prælium ablinuit du utraque pars pugna. Pro-pugnabant enim vates juxta Peris ac Græcis victoriam denunciabant ex exitis: perniciem, si invaderent hostem. Tandem Mardonius, quod ei in paucos dies superisset com-meatus, Græcorum verò quotidie affluentibus aliquibus numerus crefeceret, hostes adortus, cum exercitu caesus est. Plut. in Arifl.

Nearchus scribit, ab amicis, qui ægotantem curabant, Alexandrum Magnum objurgatum, quod in prima acie dimitaret: militis eum id esse munus, non imperatoris. Quæ verba moleste non tulit Alexander, quod & vera esse intel- ligeret, & merito se reprehendi agnosceret. Et tamen ob imperium animi in præliis, & gloriæ cupiditate, ut ii, qui alia quampiam voluptate vincuntur, pericula vitare no- luit. Suidas.

Idem Tyrum oppugnans, è turri lignea ponte applicato, urbis murum solus conscendit, nihil veritus, quod sibi for- tuna facinus tam gloriosum invidere posset: neque acerbi- simo hostium animo in se commotus, sed rem in Macedo- num suorum conspectu geri gaudens, eis subsequi iussit, ipse ante omnes, hostium resistentium quosdam lanæa, quos- dam ense conficiebat, nonnullos clypei impulsu deturbabat, quæ audacia multum animos hostium comminuit. Interim cum alibi atriæ pars muri magna fuisset disjecta, atque ita in urbem irruerent Macedones, jamque multi per pontem Alexandro se adjunxissent, urbs seipso mense capta est. Diod. 1. 17.

Idem quoque in Mallis, quos Indorum perhibent bellico- sissimos fuisse, penè conclusus est. Crves enim telis à muris rejecti, postisque scalis in murum evasit primus; quis ubi immunita sunt, atque à Barbaris infra stantibus juxta mu- rum multa tela ingesta, paucis comitatus, librato corpore in medio saltu se immisit in hostes, & forte fortuna se pedi- bus excepit. Cujus vibrantibus armis jubar aliquod & spect- rum Barbaris videbatur pro corpore ejus observari. Un- de primum in fugam effusi sunt. Ceterum, ut duobus tan- tum comitatum armigeris confexeret, impressione facta alii cominus gladius lanceisq; trajecterunt arma ejus, pugnan- temque fortiter convulserunt. Unus paulo remotior G sagittam arcu excussit tanta vi & impetu, ut adacta per lo- ricam, in costas ejus secundum mammam desigeret. Ad ictum remittente Alexandro, & inclinate corpore, ille qui miserat sagittam, ense districto barbarico accurrat. Assise- bant ei Peucestes & Linnæus (Timæus est apud Curtium) qui vulnerati ambo, alter cecidit, Peucestes restitit. Barba- rum Alexander obruncavit. Multis confixus vulneribus, tandemque ictu pistulo in collo, corpus mortuus appli- cavit, directa in hostes acie. Interea circumfundentibus se Macedonibus abreptus, semianimisque jam in tabernacu- lum est relatus, ac modo regem vulgatum est in castris ex- pirasse. Ingenti difficultate ac labore sagittam, quæ lignea erat, abscindunt. Tum detracto tandem thorace accingunt se ad evellendum spiculum, quod uni offi erat infixum. Di- citur tres digitos latum fuisse, longum quatuor. Unde animo identidem linquente penè exanimis, exempto eo tamen recepit se. Plut. in Alex.

Idem Oxydracatum Indorum metropolim, frustra disua- dente Demophonte arripse, quod vulnus accepturus ef- fet, oppugnare parabat. Ipse primus urbem sequentibus H copiis aggressus est. Ibi quum lætius machinæ adducerent- tur, portam unam adortus petfecit, irrumpensque in ur- bem, multos interfecit, reliquos in fugam versos, usque ad arcem est persequutus. Interim verò Macedonum multitu- dine adhuc in tentandis menibus occupata, non cunctatus, ipse scalam prope artipuit, & muro arcis applicuit, seu- toque supra caput prætento, incendere occupit. Tantam autem his omnibus celeritatem adhibuit, ut prius quam ex- cubitores Barbari in muri custodiam venirent, ipse jam in eum summum conscenderit. Non audebant hostes propius accedere, ut manus eum conferrent, sed eminus & jaculatores & sagittarii ita eum graviter urgebant, ut vix missilium vim sustineret. Macedones scalis, quas duas ap- pofuerant, frequentes scandere conabantur; sed eis ponde- re perfractis, omnes in terram deciderunt. Igitur omni de- stitutus auxilio Alexander, solus & armis oneratus in ipsam arcem desiliit. Indisque impeto facto in eum incurrentibus, audacissime resistebat. Dextra arborum propè mania posi- tam, læva murum ipsum, ne circumveniri posset, sibi pro- muni-

Amnimento accepit: atque ita cum hostibus manus conferebat, eo animo, ut tanquam rex tot clarissimis rebus gestis summa virtute demonstraret, mortemque gloriosam oppeteret. Multos galea, multos clypeo ictus sustulit. Tandem sagitta ei infra mammillam infixâ, vi doloris in genua procumbere est coactus. Ibi statim Indus, qui vulnus intulerat, contempum accedens, ferre eum aggrediebatur, quam Alexandri gladio subter illa transiit, lethali vulnere concidit. Rex tamo, qui de arbore propè se pendebat, comprehenso adjutus, surrexit, cepitque provocare ex hostibus, si qui secum vellent decertare. Interim Peucestes unus è custodibus corporis regii, scala menibus superatis, primus ad sui principis defensionem pervenit: postque alii plures, qui visi Barbaros perterriturunt, atque à periculo Alexandrum servarunt. Diad. lib. 17.

Lysander cum imperio à Lacedæmoniis ad classem missus, quateros obolos pro ternis, ex subministrata à Cyro pecunia, nautis dabat in capita. Alcibiades verò cum agrè jam ternos suggereret, in Cariam ad pecuniam conficiendam contendit. Quem autem præfecerat classi Antiochus, bonus quidem erat gubernator, cæterum vécors & licentior. Cui cum imperatum ab Alcibiade foret, etiam si lacerasset eum hostes, ne prælio decertaret: eò prorupit protervia & contempus, ut completa nave sua, & altera præterea de classe, Ephesum in festus pergeret, & hostiles proas cum ingenti petulantia factorum dictorumque scurrilium lascivientes præterveheretur. Hic primò Lysander paucis profectus navibus est, & Antiochum insecutus: Atheniensibus inde tota classe ei subsidio venientibus, solvit item suas, ac potius victoria, ipsam interemit Antiochum, naves multas sine & capita cepit, tropheumque excitavit. Plur. in Alcibiade.

Antigonus rex, quum audiret filium suum Alyconem in acie cecidisse: O Alyconæ, inquit, ferius quam oportuit, vitam tuam cum morte commutasti, qui tam temerè in hostes insileris, neque tuæ salutis, neque meorum monitorum ullam habens rationem. Putavit, non esse defendendum hominem, qui temeritate potius quam fortitudine, vitam sibi ipsi eripuisse. Plur.

Terentius Vatro & C. Flaminius, hic ad Thrasymenum, C ille ad Cannas, dum Hannibalis artes despiciunt, num æquales haberent exercitus, denique dum se ipsos parum noscunt, nimium viribus suis fidunt, rem Romanam penè funditus subvertete. Pontanus lib. 1. de Bellica fortitudine cap. 20.

Sev. Cæpio consul contra Cimbròs in Italiam irruentes temerè pugnavit, xxx. millia amisit. Livius lib. 67.

In prælio ad Nicopolim seu Varnam commisso, cum Jo. Corvini & Michael Niger, exercitus Uladislai Ungarici regis præfecti, Amurathis Turcorum Imp. duos Basseos fuderunt: Rex gloria cupidus, ut veluti duces cum ducibus, ita rex cum rege congrederetur, mota impatiens, quadrato in Amurathem agmine contendit, intra munitiones ac vallum cum Janizaris se continentem, & Corvini monitorum immemor, vix cum equitibus septuaginta, per aditum intra castra irrupens, à Janizaris equo suffosso captus & interfectus, caputque hastâ præfixum vallo impositum fuit. Parique fato oppetierunt, quicumque cum eo castra invaserunt. Chalcondylas l. 7. & Bonfin. lib. 6. Dec. 3.

Magnus Stortia, ex disciplina, totoque vitæ ordine, & successu rerum, manu quam consilio potior censeret potest; D quum incauta facilitate vel contumacia subgressus, in ea consilia plerumque adigeretur, unde nullus pateret felix exitus, propter simulatas multorum voluntates; & necesse esset, à fatali virtute vel divina ope subsidia comparare. Maximas enim injurias quum æquo animo sæpius ferret, levem demum contumeliam tolerare non poterat: ita ut itacundiam plerumque exercebat imparatus: cum moti præstare diceret, quam injuria indignitate minime commoveri. Livius in ejus vita.

Gallia rex Carolus IX. tamen si neque manu neque consilio multum valeret: tamen amplissimi maximi atque opulenti regni viribus innoxius, viginti trium annorum adolefcens, & pacem in Italia evertit, & rem Gallicam atmis atque ausu plurimum illustravit. Jovius lib. Hist.

Julius II. P. fuit incredibili audacia atq; constantia præditus, sed vehemens, quique immensa animo agitare, quibus quò minus præceps fueret, magis pontificatus majestate, principum pensionibus, & temporum conditione, quam ipsius moderatione aut prudentia factum est. Guic. lib. 2.

Ferunt, Bajazethem II. Turc. Imp. cum pugnam inter du-

ces suos & filium Selymum regno paterno insidiantem è E curru spectare, conspecto Selymo in primam aciem evecto, suoque ad prælium adhortante (erat enim, ut fuit armis, & cætero ornata, ita statura brevitate insignis, infidebatque equum rata magnitudine conspicuum) proximos percunctatum esse, quoniam esset ille tam paululus homo, qui tanto tempore certamen accenderet? neque enim filii faciem noscitarat: atque ut cognovisset filium sui, audacitæ atque animi elationi haudquaquam responderet. Nempe Seythæ eos maximè magnis rebus gerendis idoneos putant, quos specie corporis excellere vident. Ludov. Tubero lib. 9. Comment.

S E R V I.

Spartacus gladiator, ex Capua Italia civitate aufugiens per Atticæ regionis fines, multaque servorum copias ad rebellionem vocans, qui & ipse servus erat, ex genere Thraci: exiguo tempore totam Italiam percurrit, multique servis ad eum quotidie confluentibus, nisi occubisset in acie contra Licinium Crasum, non mediocrem fidorem Rom. præbisset, sicut Eunus in Sicilia. Athen. lib. 6. cap. 7.

P I R A T E.

Esbernus & VVethemanus Dani duces, in septem piraticos myoparones, quatuor incidere navigis. Tunc Mirocus VVethemanni fe appetentis navigium virtutis fiducia solus insiluit, sedentibusque per ignaviam remigibus, neminem in eo præter VVethemannum repugnatum habuit. Esbernus ridens prætervectus est, ne pluribus adversum unum opem tulisse videretur. Nec prius Mirocus, ut pedem referret, urgeri poterat, quam alterius navigii supervenientis viribus arceretur. Cujus respectu tantum venerationis à victoribus tributum est, ut cum captus supplicium mereretur, redemptionem acciperet, potiusque in eo fortitudo honorata sit, quam facinora punita. Saxo lib. 14.

ERGA QUOS. Puta erga DEOS.

Gigantes ausi fuit Jovem armis lacerare, & in eum montes jaculari, ut voluit Mythologorum fabulæ. Auctor Ætæ:

Tentare (neas) olim detrudere mundo sidera, caprivone Jovis transferre Gigantes Imperium, & vitio leges imponere mundo. G

Cum Thebani Theffalis contra Alexandrum Prætorum tyrannum auxilia duce Pelopida libentes visissent, omniaque protinus parata, ac dux jam esset profecturus, sol. defecit, & caligo occupavit interdum urbem. Hoc ostento cernens Pelopidas trepidantem civitatem, non putavit pavidos & languescientes extrudens, neque periculo obijcenda septem millia civium; sed solum fe dedit Theffalis, trahensque secum trecentos equites voluntarios & externos, profectus est, obnunciantibus variis, & reliquis civibus invidis. Magnam enim existimabant ex celo de inclyto viro factum portentum. At ille cum majore ira, ex prioribus contumeliis, exarserat in Alexandrum (in vincula enim à tyranno jam olim conjectus fuerat) tum spondebat sibi ex colloquio cum Thebe uxore tyranni habitis, domum fe ejus affectam & exulceratam reperit. Potissimum autem eum splendor facti acuit aventem & anitentem, quo tempore Lacedæmonii Sicilia tyranno Dionysio duces, & præfectos mittebant, & præbitorum Atheniensis habebant Alexandrum, eique ancem statum ut benemeritis posuerant; tunc Græci ob oculos ponere, solos esse Thebanos, qui beligerant pro oppressis tyrannide, & injulos per Græciam & violentos dominatos obterrent. Cæterum nimia ejus audacia etfi victoriam Theffalis pepererit, ipse tamen in acie occubuit. Plur. in Pelopida.

B E L L U A S.

Exempla quedam ex Tit. Venatorum peti possunt. Perdiccas Macedo, Alexandrum secutus in bellis, in spe-luncam leane ingressus, leanem ipsam non deprehendit, sed carulos ejus secum exportavit, & magnam hominum admittationem hoc facto meruit. Ælian. lib. 16. de Var. Hist.

QUOMODO, UBI V.G.

IN MONOMACHIS.

Consule Tit. Monomachis. Illic Fortitudinis victoriam ratio habetur: hic vero Temeritatis eorum, qui vici sunt, confidentia virum suorum decipi.

P. Scipione Africano patris, & patru memoriam gladiatorio

Arorio muncere Carthagine nova celebrante: duo regii juvenes Corbis & Orbia lbenes, patruales fratres, in arenam processerunt, polliciteque sunt ibi fe de regno præliaturos, quo spectaculum illud illustrius pugna sua facerent. Eos cum Scipio monuisset, ut verbis contendere quam ferro dicmicare mallet, ut regnare deberet, ac jam major natu Corbis consilio ejus obtemperat: minor corporis viribus fretus in amentia perstitit, introque certamine, pertinacior impietas fortuna judicio morte multata est. Val. Max. l. 9. c. 11. & Sab. l. 3. Enn.

Bela rex Pannonia vita decesserat. Duo ab eo filii relicti, Henricus major natus, & Andreas. Huic quia major multitudinis erat vocis conciliatus, vir ad fe regnum traheret, etatq; jam res armis decernenda, quum Henricus arduum facinus ausus, sed à regis indole minime abhorrens, in adversam fratris aciem inermis sese immisit, regale sceptrum gerens, clara testatus voce, velle fe experiri, æquis in regiam progeminis auderet manum injicere. Tum verò accidisse ajunt, ut Henricus, ubi ad conspectum venit fratris, trepidantibus cunctis, qui circa illum steterant, magis quam favebantibus, B major natu, ac proinde fortior, minorum frater è vestigio obruncar. Sic ille, nefcius majore animo an felicitate, sibi regnum peperit. Sab. lib. 5. En. 9. & Blondus l. 6. Dec. 3.

Placentini acerbe ferentes, fe à Parmensibus non solum Burgi S. Dominici possessione nudatos, sed etiam in fugam actos, captosque fuisse, cum Mediolanensibus ad Burgum oppugnandum venerunt: sed Parmensibus cum locis suis subito occurrentibus, propositum tenere non potuerunt. Cæterum collatis signis, prælioque valido facta, ita utrinque discessit, ut satis appareret, ea congressione non extinctum ardorem esse pugnandi, sed auctum. Prava precebrat, sed in Italia confuctudo, ut non solum privati privatos, sed etiam populi populos ad contractas controversias dirimendas in iudicio certamine invitaret, quod illi torneamenti nomine appellabant: que, ut mortalium generi exitiosa, tribus fuerat jam decretis ab Ecclesia condemnata. Tanta verò tum sine tractandorum armorum sine virtutis experiende cupiditas Italicos acuit, ut contentis legibus alter alteri ejusmodi certamine indixerint, seque inter fe ad rem lummo dilectandam dilectissime provocarint: fatus C uterque, fe uno prælio Italici ostensum, non solum quantum jure controversie superaret, sed etiam quantum bellica virtute, gloriæ militari præferret: dieque tante ac tam memorabilis pugne dicta, interim suas quicunque vires, copiasque rebus intrare necessarias insiluit. Hæc ubi Innoc. III. compricit, anathematis fulmine eos deterrere voluit. At illi spreto Pontificis præceptis, focus utriusque suis lipati, iv. Idus Octob. ut condicium fuerat, apud S. Laurentium convenerunt: ac dato extremi prælii signo, magno utrinque animorum atque armorum ardore congressi sunt. Pugnam est æquo Marte à prima die hora usque ad vespertam, summa non virtute solum, sed animi pertinacia: cæcilentibus singulis, qui loco cessissent, eos non Burgum, sed universam bellicæ virtutis laudem ac gloriam amissuros. Itaque superveniente nocte, defatigatione magis, quam fatietate pugnant, ingenti utrinque clade ex acie recesserunt. Sigon. lib. 15. regni Italici.

EX INSIDIIS.

Consule Tit. Insidiatores astuti. Pausanias Macedo satelles, ex insidiis interfecit Philip-pum regem, quodd Attalum, mulionibus se in computatione comparantem, impune reliquit. Dum enim rex Ægis certaminibus, qui illic celebrabantur, interesset, ipse paratis ad portas urbis equis ad theatri aditum fe recepit, cum Gallico gladio. Ibi cum Philippum, speculatoribus procul amotis, solum videret, ad eum cucurrit: perque latera vulnere adacto mortuum eum proftravit, & ad portas, ubi fuge equi parati erant, propetè contendit. Dion. lib. 16.

Guilelmus nothus, Anglorum rex, Northumbriæ castellum Alwycox occupavit. Malcolmus Scotorum rex illud arcta obfensione recipere cogitavit, redactis ad extremam necessitatem rerum omnium inopia castellanis. Interea miles quidam Anglus, equo consensio pernicissimo, depositis reliquis armis, hastam modo, clavos portatum castelli præfixas habentem, ferens deditiois faciendæ prætextu à latro-nario lætiss ad regem perducitur. Rex clamore excitus è tentorio prodit, viturus, quid novæ rei illic tum actum esset. Anglus demissa hastâ regi clavos porrigit, omnibusque in clavos animo infixis, telo regis oculos percussit finitrum, subditque extemplo calcæaribus in proximas, sylvas evasit. L. B. Theat. vite Humanæ. Tom. I.

Rex inter manus suorum continuo expiravit. Rufus aucti E to eo viri facinore, vocatum illum ad fe in Northumbriam prædis quibusdam regis donavit, ac Peria cognominatum illi indidit, quod perforatore oculi significat. Ab eo illius familiae originem ductam, que etiam hodie Northumbriæ comitatum possidet. Heil. Boet. lib. 12.

Albertus Marchio Brandenburgensis (quem Teutonico Achillem non ab re vocarunt) cum accepisset, Nurembergenses octingentos equites ac sex milia pedum in agrum ejus prædatum misisse, apud fluvium, quem illi transmissuri erant, equitibus atque pedibus uno dumtaxat loco vadabilem, sagittarios inter arbuta ducentes collocat, qui equitatu prætermisso pedes vado arcerent. Ipse cum sexcentis equitibus proximo in nemore latens, hostium equitibus sese ostendit. Steterunt utrinque acies medio trecentorum ferme passuum intervallo non sine trepidatione. Tum Marchio cum duobus comitibus apprehensa lancea in hostem advolat. Occurrunt totidem illi ex hostibus viri fortes. Marchio equitem eum, qui sibi obvius fit, medium transfodit, sternitque. At comitibus suis, ab eis cum quibus congressi fuerant, prostratis, ipse hostium turmam solus invadit, stragemque non parvam efficit, donec ad signa pervadat. Illic centum in eum gladii nudantur. Ille amplexatus utroque brachio vexillum, Numquam hoc effusus, ait, quis hic moriar: interea reliquus exercitus accersit, & veris in fugam hostibus seminimem ducem apud vexillum reperit. Hostes aut casti aut capti. Æneas Sylvius lib. 1. Com. in Panorm.

IN ACIE.

Consule Tit. Hostem contemnere: quando hostem ex contemptu temerè aggrediuntur.

Ciceronis vigilantia urbe pulsus Catilina, in Malliana castra Fefulus sese contulit: ibique C. Antonium Coss. ali-quandiu ludificatus, tandem in Piceno acie dicmicare coactus, atque victus, memor generis priusque dignitatis in adversum hostium cunctum invehctus, media jacentium strage confossus concidit. Inde reliqua multitudine castra, haud quidem loco uno, cæterum omnes adversus corporibus jacuere. Catilina procul à suis inter hostium cadavera est re-gertus, paululum adhuc spirans, ferocia, quam vivus habuerat, in vultu prominente. Nec victoria Pop. Rom. incurrentia fuit: fortissimus quisque aut in prælio occubuit, aut graviter vulneratus acie discessit. Sabell. lib. 5. Enn. 6.

Andronicus Græcus Imp. anno 1389. contra Bajazethem I. Turc. Imp. auxilia à principibus Occidentis petierat. Carolus VI. Gallorum rex Joannem Nivernensem Comitem Imperatori adjunxit, cum mille equitibus & flore nobilitatis. Quum in Ungariam pervenissent, Sigismundo regi fe conjunxerunt, Nicopolim pervenerunt, atque ipsam urbem frustra oppugnare cœperunt. Interea Bajazetes innumera-bilem equitum multitudinem adduxit. Galli in anteriori exercitus parte constituti, quum maximam stragem palan-tium Turcarum, qui exploratum venerant, effecissent: neque monitionibus, neque profectionibus (ne videlicet sine Ungaris, Germanis ac Servianis equitibus in hostem impetum facerent) contineri potuerunt, quin fugientes persequerentur; quum nonnulli malignitate Sigismundi, qui Gallis primum honorem invideret, hujusmodi profectiones fieri affirmarent. Interea Bajazetes unâ cum sexaginta H millibus equitum in lunarem formam recens educatorum adveniens, iplos circumdedit, ac medios, antequam Sigismundus auxilium ferre posset, includit. Atque in hunc modum Galli interfecti sunt. Id quod reliquo exercitui tantum terroris iniecit, ut absque pugna turpiter ac fedè milites omnes aufugerint. Sigismundus ac magnus Rhodi magnifier, navicula Danubium ingressus, vix evadere potuerunt, Turcis à fluvii ripa sagittis eos continuo impetentibus. Ex Gallis trecenti equites servati sunt, in quos ob divitem vestium ornatum avara crudelitas Turcarum, quo pretium redemptionis extorqueret, haud sevierat. Froissardus Gallus literis mandavit, cornu exercitus Bajazetis in alæ curvaturam ad similitudinem novæ lune sparsa, plus quam septem milliariorum spatium occupavisse, judicatumque esse, in eo exercitu plus quam trecenta hominum milia, ex omnibus orbis totius nationibus collecta, extitisse: Christiano verò vix numerum octoginta millium extitisse; inter quos circiter viginti milia equitum erant. Incidit is constitus in annum salutis humanæ mcccxcv. quo die divo

A Michaeli vigilie celebrantur, Iovius in vita Bajazetis. Joan. X. Boemorum rex Philippo Valesio Gallorum regi pro afinityre jure adversus Britannos opem tulit. Initoque pratio, in Medios hostes cum se intulisset, quanquam lumine captus, atque senex, delectis apud Crecliacum copiis, incept praliantes occubuit. Fulgof. lib. 3. c. 2. & Emilius. Brachius Perusius, dux felicissimus, nimium temere audento, factus est infelix. Nam cum Equorum urbem Aquilam obsideret, sciretque Pontificis exercitum ad ferendam obfidem opem appropinquare, cui mons arduus superandus: veritus, ne propter loci iniquitatem hostes retrocederent, quod via nec servare ordines, nec in aciem descendere poterant: ut & vires & animum simul ostentaret, tubicinem ad hostes misit, offerentem: Si ad ferendam obfidem urbem venirent, se à vi temperaturum esse, donec in planicie aciem intruxissent. Accepere hostes conditionem exoptatissimam, Quorum cum jam pars descendisset, & à suis Brachius moneretur, ut eos invaderet, respondit: Nolle se quenquam ex hostibus evadere, omnes simul aut trucidandos aut capiendos esse. Posteaquam ergo aciem expli-

CUR. CAUSA. IMPERII, REGNI. Consule Tit. Regnandi libro: quatenus audaciam habet conjunctam.

Uladislaus Lucentis princeps, cum Neclan patrelem suum, Boemice reliqua ducem, imbellem esse videret, ad extorquendum eidem principatum animum adjecit, arma comparavit, oppidum de suo nomine Uladislaviam condidit. Pavore Neclan percussus, duos ex intimis avicis ablegat, pacem & mutuam amicitiam oraturus. Quibus ille quasi exploratoribus oculos effudit. Supervenerunt mox alii, qui iratum munerebus haud spernendis placarent. Sed illis Uladislaus inter cetera respondit, non muneribus, sed toto principatu misso opus esse, si tuam orexim sedate Neclan vellet. Strictum deinde ensim per Lucentem regionem circumferri jussit, ut matres omnes, qui enis longitudinem corporis proceritate adaequarent, militatum venirent, alioquin enis illo perituri. Hic cum ingens multitudo convenisset, quasi de victoria futura certus, pedibus injunxit, ut nemini parcerent, infantes etiam ab uberibus matrum abreptos confoderent, matres in hoc duntaxat servarent, ut illa pro infantibus suis catellos Lucentium nutrent. Ad equites inde conversus: Abjicite, inquit, scuta, quibus in fuga & caede hostium nihil opus est: ac vice illorum, accipites, falcones, ceteraque aves rapaces in manus sumite, ut illarum ingluviem hostium carnes faturetis. At pratio inito, à Syderio Chaynovio equite strenuo confossus, pœnas temeritatis dedit. Dubrav. lib. 3.

ROBORIS VICTORIAE. Qui ludis periculosis sese committunt, & ludendo seria maxime agunt, hujus sunt loci. Exempla quadam ex Tit. eorum, qui in ludis sunt interfecti, petantur.

Carolus Aquitaniae regem, Caroli Calvi Imp. F. Albinus militum fortissimus, ignarus, quisnam esset, & nihil minus, quam filium regis existimans, facientem virum periculum, lucta congressum, tam gravi ruina stravit, ut inter manus sublatus expiraret. Cusp.

DEFENSIONIS. Petrus Bariona non viribus corporis (nam quæ in homine exacta ætatis esse poterant?) sed sui regis potius fretus presentia, in adversam armatorum cohortem, quæ Servatorem in Oliveto circumfiteret, serum stringere ausus est, eumque confauciavit, qui temerè in illum manus iniecerat: conatus ab eo vim arce, in cuius potestate sunt non solum res humanæ, sed vita & mors hominis. Aut igitur Bariona eum ardentius amavit, ut credere est, aut quent tueri conatus est, parum respexit. Sabell. lib. 4. c. 5. ex Math. 26. Marc. 24. Lucæ 22. Joan. 18.

IGNOMINIAE VITANDÆ. Judas Machabæus contra Demetrii Soteris, duæqu Bacchidis, numerosissimum exercitum castrametatus, distadentibus amicis, ne & vitam ostingentorum, quos habebat virorum fortissimorum in periculum conjiceret, neve morte sua Remp. Judaicam in extremum discrimen adduceret: Abiit, inquit, ut Sol me fugientem videat, & cum hoste

congressus, quamvis miræ fortitudinis exempla ediderit, tamen quia majorem suæ fame, ne inquam fugisse diceretur, quam resp. incolomitatibus rationem habuit, nec tam divino auxilio (quod in omnibus reliquis praeliis, isto excepto, implorasse legitur) quam usitato robore confidebat, ab hostium multitudine circumventus & occisus est. Ioseph. lib. 12. c. 8. ex Mach. 8. Callicrates Lacedæmoniorum dux, cum in Peloponnesiaco bello à suis admoneretur, ut classem ab Arginibus removeret, nec cum Atheniensibus dimicaret: respondit, Lacedæmonios classe illa amissa aliam parare posse: se autem sine suo ac suorum dedecore pugnam detrectare non posse. Cio. lib. 1. Off.

Idem, cum Hermon nauclerus diceret, Bonum esse ab eo loco solvere, eò quod Atheniensium tritremes numero longè plures essent: Quid tum postea, inquit? fugeris non tantum ignominiosum, sed damnosum etiam Spargens est: contra fortiter pugnare & vincere, honestissimum. Plur. in Lac. apoph.

APOPHTHEGMATA. Agefilas ad Macedonum regem nuncios misit: Agefilas rex, rogans, utrum pro hostium solum irent, an amicorum? Cum ille respondisset, se consulturum: Fiat, inquit, igitur consultatio; nos tamen interim iter faciemus. Rex admiratus hominis audaciam, sibi que metuens, fatius esse censuit, illum utamicum suscipere. Plur. in Lac. apoph. Idem admonitus à suis, ne cum Thebanis, qui numero præstant, manus confereret, respondit: Qui multis vult imperare, non debet multorum timere congressum. Plur.

Prædareus, quum à quopiam audiret, magnum hostium esse exercitum, audacissimè respondit: Eo major erit, & gloriosior nostra victoria. Plur. in Lacon.

Cleomenes. Pirata quidam populabundus discurrere per agros Lacedæmoniorum. Is ut captus est, rogatus, cur id ausus esset? Quoniam, inquit, deceret mihi committas, quem militibus præberem, ad eos veni, qui & habebant, nec sponte dabant, vi erepturus. Ad id Cleomenes: Compensio, inquit, malitia. Deseffatus prædonis nefarium scelus, probavit tamen orationis expeditam breviter. Plur. in Lacon. apoph.

Alexander Phœræus, hostis Thebanorum, Atheniensibus à quibus in anticiam societatemque acies fuerat, polliceri se quum duxisset eis carnes, quæ mina præis vendebantur, semtobolo præbiturum, audiente Epaminonda: At nos, inquit, Thebani liberatores erimus, quippe qui ligna ad has carnes coquendas gratis exhibebimus, eorum enim agrum excindemus. Bruf. lib. 1. c. 6. ex Plur. Lycurgus rhetor forte fortuna obviam factus Xenocrati, qui à Telone oborto collo in carcere ducebatur, occurrens suffem impiegit in caput Telonis, Xenocratemque liberavit, & Telonem in carcerem conjecit. Quod Lycurgi factum cum ab omnibus probaretur, Xenocrates post aliquot dies obviam factus Lycurgi filio: Reuli, inquit, gratiam patri tuo, qui ob tam audax facinus merito ab omnibus laudatur. Eras.

Aratus laudante quopiam virum desperatum & audacem, ac idcirco in bellis eximium: Disserte dixit, magnificere virtutem, & vitam nihili facere. Stob. serm. 52.

Alexander audiens Darium, invictissimum Persarum Regem, multas parate milium myriades, respondit: Unus lupus non multas timet oves. Anton. de Melissa serm. 37. part. 1. & Max. serm. 71.

Julius Cæsar facinora, quæ & periculo obnoxia sunt, & magna, gerenda esse dicebat, & de his non consultandis, quod ad hæc perficienda plurimum momenti habeat celeritas: expensio verò periculi revocat hominum audaciam. Plur. Epaminondas imminente adversus Lacedæmonios pugna, cum sella in qua sedebat succubisset, videretque milites hoc velut prodigio turbatos: Imo, inquit, sedere prohibemus, de quo pugnare monemur: atque ita militum animos restituit. Plur. arch.

Leonidas oburgatus, quod paucis milite instructus cum multis dimicare aggrederetur: Si, ajebat, in multitudine est tiva victoria, tota Græcia non succederet: Si in audacia, horum sufficit numerus. Plur. in Lacon.

Audeanorum Error. Vide supra Antropomorphite. Auditus.

Auditio. Auditio. Audire. DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

Auditio Græcè αὐδή, est ipse sensus five potentia qua soni percipiuntur. Nischmah Hebraicè; estque sensus necessarius ad capiendos disciplinas, ut ait. Arif. lib. de sensu & sensibili. Ejus objectum est sonus, qui est qualitas auditu perceptibilis, orta ex concussione corporum. Igitur Auditus definitur facultas animæ rationalis, residens in organo in auribus collocato, quo animal sonos percipit, idque medio aere, aut aqua, tanquam quæ sint subjectum soni.

AUDITIO VERBI DEI. Aaron loquutus fuit omnia verba quæ dixerat Dominus ad Moysen, & credidit populus. Audieruntque, quod visitasset Dominus filios Israel, & proni adoraverunt. Exod. 4. Dixit Moyses coram Domino: Ecce filii Israel non me audiunt: & quomodo audiet Pharaos? Exod. 6.

Cunctus populus dixit Moyfi una voce: Omnia verba Domini quæ loquutus es, faciemus. Et paulò post affumens Moyses volumen fæderis legit audiente populo, qui dixerunt: Omnia quæ loquutus es, faciemus. ibid. 14. Eglon rex Moab sedebat in æffivo cœnaculo: dixit ad eum Ehud, five Aod: verbum Dei habeo ad te. Qui statim surrexit de throno, quasi reverentiam exhibens verbo Dei. Judic. 3.

Bene docuit Samuelem Hell, ut diceret Domino loquenti sibi. Loquere Domine, quia audit servus tuus. 1. Reg. 3. Achab rex Israel volebat audire Michæam prophetam Domini, quia non prophetauit bonum, sed malum. Vocatus tamen Michæas dixit ei: Audicemone Domini, 3. Reg. 22.

Efdras artulit librum legis, & legit in eo apertè, de mane usque ad mediam diem, & aures omnis populi erant erectæ ad librum. Et sequitur: Flebat omnis populus, cum audiret verba legis, 2. Esdr. 8.

Respondens Job Domino dixit: Audita auris audivi te, nunc autem oculus meus videt te: idcirco me reprehendo, & ago penitentiam in favilla & cinere. Job 42.

Factum est verbum Domini ad Jeremiam: Noli subtrahere verbum Dei, si forte audiant, & avertatur unusquisque à via sua mala, & penitentia me mali quod cogito facere eis propter malitiam fudiorum eorum. Jerem. 26.

Dixit Dominus Ezechieli: Vade ad domum Israel, & loquaris verba mea ad eos. Sequitur: Dominus Israel noluit audire te, quia noluit audire me. Ezech. 3.

Verbum Jonæ pervenit ad regem Ninive, & surrexit de solio suo, & abiecit vestimentum suum a se, & indutus est sacco, & sedit in cinere. Ionæ 3.

In fine sermonis in monte, dixit Dominus: Omnis qui audit verba mea, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificavit domum suam super petram. Matth. 7.

Herodes Terrarcha metuebatur Joannem Baptistam, & custodiebat eum, & auditio eo, multa faciebat, & cum libenter audiebat. Marci 6.

Cum Turbæ irruerent in Dominum Jesum, ut audirent verbum Dei, sedens ducebat de navicula turbas: Petrus cum focus, deductis ad terram navibus, iis relicis, ipse cum focus lecuti sunt Dominum Lucæ 5.

Maria soror Matthæ sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius, & audivit tandem Dominum dicentem: Maria optimam partem elegit, &c. Luc. 10.

Excellentem vocem mulieri, & dicenti: Beatus venter qui te portavit; respondit Dominus: Quinimo, Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Luc. 11.

Instante Dominica passionis, legitur: Erat quotidie docent in templo, & post paucos dies: Omnis populus suspensus erat audiens illum. Luc. 19.

Duo Discipuli Domini Jesu exeuntes in castellum nomine Emaus, loquentes ad invicem de his, quæ tempore Dominicæ passionis acciderant, meruerunt habere societatem illius, de quo loquebantur. Luc. 24.

Facto sermone ad Plebem in die Pentecostes post adventum Spiritus sancti, dicitur: His auditis, compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos: Quid faciamus viri fratres? Et baptizati sunt circiter tria milia hominum. Act. 2.

Post sanationem claudi, & sermonem Petri, sequitur, Multi qui audierant verbum, crediderunt. Et factus est numerus virorum circiter quinque milia hominum. Act. 3. & 4.

Convocantes duodecim Apostoli multitudinem discipulorum, dixerunt: Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Nota tamen, quod illæ mensæ erant pauperum reliquiarum. Per quod datur intelligi, quòd opus prædicationis verbi Dei, præfertur operi misericordiarum corporalis. Act. 6.

Non poterant resistere Judæi sapientie, & spiritui, qui per Beatum Stephanum loquebatur. Ibidem.

Philippus descendens in civitatem Samariæ, prædicabat illis Christum. Intendebant autem Turbæ his, quæ à Philippo dicebantur, unanimiter audientes. Act. 8.

Aperiens Philippus os suum, evangelizavit eunucho Jesum, & venientes ad quandam aquam, confessus est Eunuchus se credere, & baptizavit eum. Ibidem.

De Saulo quem Dominus Jesus exæcaverat corporaliter, & illuminaverat spiritualiter, dixit ipse Dominus in visu Ananie: Vade, quoniam vas electionis est mihi iste, ut porret nomen meum coram gentibus. Act. 9.

Noluit Dominus instruere Cornelium per Angelum, sed mandavit ei, ut accerteret Simonem Petrum, & ille doceret eum, & diceret, quid eum facere oporteret. Act. 12.

Loquente Petro, cecidit Spiritus sanctus super omnes, qui audiebant verbum illius. Ibidem.

Audientes Gentes, quòd Judæi repellebant verbum Dei, & quòd Paulus & Barnabas volebant prædicare eis, gavisii sunt, & crediderunt, quoque erant præordinati ad vitam æternam. Act. 13.

Factum est Iconii, ut Paulus & Barnabas ingrederentur synagogam, & loquerentur, ita ut crederet Judæorum & Græcorum copia multitudo. Act. 14.

Quædam mulier nomine Lydia purpuraria audivit Paulum loquentem, cujus cor Dominus aperuit, & baptizata est cum domo sua. Act. 16.

Cum audissent Athenienses Paulum loquentem de resurrectione mortuorum, quidam iridebant, quidam vero dixerunt: Audiemus te de hoc iterum. Saulus exivit de medio eorum, quidam verò adherentes ei crediderunt, in quibus Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alii cum eis. Act. 17.

Veniens Paulus Berthæam, intravit synagogam Judæorum, & quidam susceperunt verbum cum omni aviditate, quod die scrutantes scripturas, si hæc ita se haberent. Et multi crediderunt ex eis. Ibidem.

Manfit Paulus Ephesi per biennium, quotidie disputans in schola tyranni cuspidam, ita ut omnes qui habitabant in Asia, audirent verbum Dei. Act. 19.

Postquam rex Agrippa audierat Paulum, dixit ei: In modico suades me Christianum fieri. Act. 26.

AUDITIO. ΑΚΡΟΑΣΙΣ. ΟΒΙΤΑ, SUSCEPTA. RESPECTU RERUM, DE QUIBUS: Audire. Sacra dogmata.

D. Nicol. Myræ Episcopus in Lycia, etiamnum puer, reliquis ejusdem ætatis adolescentibus lusu operam dantibus: ipse lacras legiones audiebat, quæ tunc temporis in Ecclesia publicè tractabantur. Gilbertus Cognatus lib. 6. Narrationum.

Respublica instituta. Lacedæmonii librum Dicæarchi Messenii de Republica Spartiarum quotannis in Ephorum prætorio Puberibus auscultantibus recitari curabant. Svidas.

Honestæ, Pudicæ. Xenocrates Pueris potius quam athletic addi jubebat amphoridas: quòd illorum aures ictibus, sermonibus horum mores pervertantur. Plur. de audiendo.

Reprehensionem liberam. Antiochus qui iterum Parthos bello petiit, in venatione quadam secundo feras, cum ab amicis & ministris divertisset, villam hominum tenuium ignotus subijt. Ubi super cœnam illato de rege sermone audivit, cætera bonum se esse, sed pravus amicis res permitiendo plurimis committere, ac subinde necessaria ob insanam venandi studium postmittere. Atque in presentia quidem tacuit. At primo dieculo advolantibus ad villam stipatoribus, notus jam allata ei purpura & diademate: Primum heri, inquit, post eam diem, qua vos in familiam meam recepi, vocem de me audivi liberam. Plur. in Apoph. Reg.

accipiunt. Tria autem apud profanos extant augurii genera. Nam avium alia volatu, alia cantu, futura prædicebant: & illa quidem Præpetes, ista Ofcines dicebantur. Erat & tertium genus ex illatum pastu, quum pullis gallinaceis è cavea depromptis esca porrigebatur. De ista Ethnicorum curiositate prolixè Alex. ab Alex. Rudens in Panda. Pencilus comm. de variis divinationum generibus, & alii. Sumitur etiam latius Augurii nomen pro quavis divinatione sive conjectura. Cic. 4. Philip. O mea semper frustra verissima auguria rerum futurarum!

Augur refertur generali voce, nec non speciali designatura ab Hebræis ad quemvis divinatorè & futurorù præcium, ex avium volatu, garritu, strepitu motuque vario; ex inspectio- ne partium corporis humani, ex creatis rebus & artificiali- bus variis conjicientem, sanctis prophetis oppositum, nec ex prudenti rerum naturalium, vel politicarum considera- tione judicantem, Iridm, id est, divinum, (Gall. devin.) divinatorem nominant, Græc. ἀπορροβία, Προγνοστικὸν. Galli hariolum, futurorum conjectorem & prælagum, à verbo Iadhaa, id est, novit, cognovit, comprehendit vi- mentis arque intellectus, quæ postea profertur. Hinc idm, id est, scio, conspicio: item dævia, dævia scio, cognosco: dævia, quasi dævia, sapiens: ol dæ, novi, & Lat. video. Specialis designatio multiplex est, teste Peucero, Verbum Nichesoh, cognitionem habet cum Lachasoh, multavit, fu- turavit. Augures enim, divinatores, incantatores, harioli, at- que ejusmodi impostores capitalibus digni supplicii, sive per aves, serpentes aliisque instrumenta spiritibus immundis & apostatis inserviant, futuris & obsecutorum verborum multationibus, sibi suisque consultoribus & discipulis tur- piter illudunt. Vide Etymolog. Trilingue, Logduni editum.

AUGURES ET ARUSPICES.

Qui quævis alia signa divina, quæ vigilanti bus offerri con- sueverunt, explicare possunt, Augures & Aruspices dicuntur. Augures quidem illi proprie, qui avium voces, volatum, tripudi- um observant, & interpretantur. Aruspices vero, qui exta consistunt, fulgura examinant, omnia prodigia, portenta & ostenta qualibet enarrant, ab aris inspicendis dicti. Quæ de re Alexandæ ab Alexandro lib. 5. cap. 13. & 19. fusius tractat. Ex Tit. Prophetarum demoniacorum hæc quadam, quatenus videm, qui afflatu diabolico vaticinantur, interdum quoque de- mones lib æcium specie larvatos consulantur. Porro hæc Pos- sesso divinatorii habuit, ut ita loquar, perpenditur. Sub Exer- citationis loco Interpretationem Auguriorum particularium considerabimus.

Amphiaras Oiceli filius, augur & vates, quem quum Ara- tus Argivorum rex in bellum contra Thebas vellet ducere, reculavit: ac ne cogere, sese oculavit, quod prævideret ibidem se periturum. Fraude tamen uxoris Eriphiles (quam monili cotruperat Adrastus) proditus est, & in vitas ad bel- lum tractus, in Boœtia, eo in loco, qui Harma postea di- ctus fuit, cum cutru & equis terra hiatu absorptus est. Sta- tius in Thebaide.

Amphilochus rex & Augur Argivorum. Tyburnum Plin. lib. 16. ait fuisse Amphiarai filium, peritum augurii: è quo Tyburtes populi originem traxerint, multò ante Romam conditam.

Tirefias rex Thebarum, & augur, consultus à Jove, utri D major esset in venere voluptas, virone, an femina; quum femine dixisset, ita Junonis excæcatus est. Quam ejus cæcitate Juniper vaticinio pensavit. Alii excæcatum fe- runt, quod Minervam in fonte nudam conspexisset. Ovidius lib. 3. Met. amorphoson.

Plutarchus, Apulejus & Lactantius grammaticus, eatenis fuisse augurio nobilem Mopsium Ampycidem scribunt, ut post mortem templa ei credantur dicata, quæ oraculi gratia sæpè adirent homines. Attestatur huic rei proverbium, nam- que Mopsio certior dicitur de eo qui mentis acumine ac re- rum peritia prævidet quid futurum certissimè, & prædicit. Quandoquidem latentia & penè extra hominis captum, di- vinandi præstantia creditur Mopsius egregiè perdidisse, ac enunciasse. Calius lib. 16. c. 15. A. L.

Inter vaticidi spiritus viros, qui celebres apud veteres sint nomen indepti, comperto in Eleorum historia Lamidas, de Lamo quidem Apollinis F. nuncupatione propagata. Inter hoc unus egregiè memoratur Thralybulus, prædictioni- bus multis sane illustis: quo nomine est icon quoque in Olympia insignitus, in quo gaiores, id est, muleta (quan- quam alii selem interpretantur) ad dextrum arripere hume- rum advertitur. Assitit & canis, verum intercisus, ac jecur

patfaciens. Quod sanè quàm mirum est: siquidem ex hæ- dis addivatio & agnis ac vitulis esse agnoscitur utique per- antiqua. Quin & sillis inter vaticinia concipere, Cyprio- rum putatur inventum: Canibus ad id qui utendum putat, non fere, Pausanias inquit, compertum ad hoc ævi est. Videtur tamen Thralybulus hic in eo item animalis insolis excogitasse quippiam. Calius lib. 13. c. 73.

Evenius, cum ob negligenter custoditas Solis oves excæ- catus esset ab Apolloniatis, à diis divinationis dono cum Deiphono filio ornatus fuit. Herod. lib. 9.

Cum Mardonius ad Plataas contra Græcos castra habe- ret, aruspice habuit Hegesistratum Eleum. Quem ante ea tempora Spartiatæ cum cepissent, in vincula conjece- runt, morte affecturi, ut à quo multa intoleranda perpassi essent. At Hegesistratus, ut erat lineis atque ferratis soleis vincus, commentatus, qua ratione reliquum pedis edu- ceret, ferro præcidit sibi dimidium pedem, subtrouque ma- ro; profugit Tegeam, noctu iter faciens, interdu sylvis se abdens, ita ut trinoctio Tegeam pervenerit, Lacedæmonis eum passum querentibus. Sanato vulnere, & ligneo pede effido, ex professo Lacedæmonis hostis exiit. Ad pos- tremum in Zacyntho à Spartanis intercisus est. Herod. lib. 9.

Galeotæ interpretes portentorum apud Siculos. Cic. lib. 1. de Divin. Elianus lib. 12.

Tifameus Eleus aruspex, quinque victorias Spartanis peperit. Vide Tit. Civitate donati.

Melampus filius Amythoanis, medicus & augur petissimus, Japys Jasi filius, item Tharchon Hetruscus augur, apud Virg. Aristander & Cleomantes Spartanus, divinaliculi apud Plur. in Alexandro.

Theocritus augur, apud eundem in Pelopida. Ex Servio 7. Aeneid. Picum regem Laurentum, Saturni F. fabulantur esse in picum avem verum, quod augur esset & domi haberet picum, per quem futura nosceret; quod & Pontificales indicant libri. Idcirco lituus, qui est augurum proprius, et à Virgilio appingitur:

Iste Quirinali lituo, parvæque sedebat Succinctus trabea—

Astias augur Iuppitatis tulit. Aeneæ contra Turnum, Vir- G. gilius lib. 10. Aeneid.

— hominum divomque interpretes Astias, Cui pecudum fibre, cæli cui sidera parent, Et lingua volucrum, & præfagi summi signæ.

Rhamnetes rex & augur, charissimus Turno, ut etiam Tolumnius. Idem lib. 9. & 12.

Rex idem & regi Turno gravissimus augur: Sed non augurio potuit depellere pestem.

Mæon vates & augur, Statius lib. 2. Thebaïdas. — ille hæc prævidet ad omnia doctus Aeris, & nulla deceptus ab aere Mæon.

Hetrusco quodam arate in agro Tarquinensi, cum pro- fundius adactus foret vomer, erupisse quendam Tagem nar- rant, puerili effigie, sapientia senili, & aratore alloqui coepisse: illum verò perterritum exclamasse. Ad cuius vocem finitimorum primò concursum factum esse, inde gra- datim progressa rei fama, intra dies paucos in eum agrum universam Hetruriam confluisse. Puerum illum audientibus cunctis multa dixisse, dicta ejus observata & scriptis edita, ex quibus, accedente longa rerum experientia, omnis H aruspicina processerit: ita quidem, ut licet ad alias sepeperet nationes, apud Tuscos tamen præcipuum ejus magistratum vigeret. Petrarca.

Romulum mirè fuisse tradunt religiosum, augurandique peritum, atque eam ob scientiam lituum gestasse. Est lituus bacillum incurvum, quo, qui auspicantur, templa capiunt. Hunc in Capitolio ferunt servari solitum, fed capta à Gallis urbe perditum: mox ejectis illis, inter cætera incensa omnia & corrupta, multo obritum cinere, inventum fuisse, inta- ctum autem ab igne. Plur. in Romulo.

Actius Navius puer, & quod magis rideas, Pastor, prisco Tarquinio regnante, litui usum sibi ultarpans, repente quid- dam è subulco augur, vulgatae rei fama ad regem evoca- tus est. Quem rex intuens, & atatem & habitum fortassis ir- ridens, tentavit hoc modo: Utrum inquit, quod nunc in ani- mo mihi est, fieri possit, annon possit? interrogo. Navius cum augurium pergerisset, Fieri posse, respondit. Hic verò rex elusisse putans: Atqui, inquit, quod cotem hanc novacula scinderem, meditabar. Ille mirabili constantia: Potes ergo, ait:

A ait: artepate novacula, in conspectu stupentis regis, ac populi, cotem fecit. Inde sacrum Romanis augurium. Quæ res quamquam & Annalibus & historiis omnibus per- vulgata sit, Tullius tamen & hanc commenticiam fabulam vocat. Petrus.

Q. Fabius Maximus prodicitur duobus & sexaginta annis summa cum laude Auguratum gessisse, ad ultimam senectute- tem. Fuit enim hoc facerdotium perpetuum, èd quòd vi- ventino adimeret. Alex. ab Alex. lib. 15. c. 19.

Maffurius & Murtius nomina sunt augurum Romanorum apud Plin. lib. 10. c. 7.

Terentius Varro in libris Antiquitatum scribit, Vestium in augurandi disciplina nobilem fuisse: eunque affirmasse, futurum Romanis imperii terminum post mc. annos. Romanorum Augurum lucernæ semper apertæ erant absque operculo. An quia affinis est complacenti animum corpori lucerna (nam animus intus lumen est) debet pars ejus, quæ intelligit, & sapit, semper patere & esse intenta, nun- quam verò occlusa, vel expirata: An ubi venti sunt, ibi patum quæritæ sunt aves, neque signa edunt certa, quòd huc atque illuc motu inæqualiter ferantur? Docent igitur eo more, non spirante aura, sed tranquillo & silenti cælo tractare hoc au- gures, cum lucernis uti valeant apertis. Plur. in quest. Rom.

Spirina prædixerat C. Jul. Cæsari, ut primos xxx. dies quædã fatales caveret, quorum ultimus erat Idus Martiæ. Et cum fortè manè uteretur in domum Calvini Domitii ad of- ficium convenisset, Cæsar Spurrinæ: Ecquid scis Idus Marti- as jam venisse? Et is: Ecquid scis illas nondum præterisse? Abjecerat alter timorem, tanquam exacto tempore sus- pectò: alter ne extremam quidem ejus partem periculo vacuam esse arbitratus est. Utinam aruspice potius augu- rium, quàm patriæ parentem securitas fecisset. Var. lib. 18. c. 11. & Suet.

Lampon aruspex, inspecto arietis monocerotis capite, quod erat ex agris allatum, Periculi imperium prædixit. Cæ- lius lib. 30. c. 1. Antiq. Lib.

Cimon in expeditione contra Perfas omem tale habuit. Canis ipsam allatrat viâ est, & vocem inde ex huma- no & canino latratu confusam talem edere:

Vade, mihi que meis catulis que furvus amicus.

C. Althylphilus ergo Pufidionatis, divinus homo, & Cimo- nis familiaris, mortem ei prædixit asseruit. Id quod eventus docuit. Non multò post enim Cimon in obsidione Citii pe- ruit. Plur. in ejus vita.

Cum apud Nolum L. Sylla esset, ut cum seniore Marrio certaret, perturbato admodum animo, quòd rem perdidisset animadvertebat esse augur Pothimius, qui eo presente rem divinam faceret, tenis ad Syllam ambabus manibus dixit: Ut vinciri je juberet, ac postmodum occidi, nisi prælii pates ipsum victoria maneret, felicemque eventum nancisceretur, ex eo, quòd tunc augurali scientia prævidere jussum erat. Postero cætere die urbem Romam ingressus Syl- la, inde Mariam expulit, animumque, ut optaverat, ex- plevit. Ful. lib. 8. c. 11. ex Plur. Sylla.

L. Aquinius aruspex. Vide Tit. Dies infelices.

Hispani Adelittos & Almoganeos vocant populos, qui ex volatu avium, ex voce, ex ferarum occurfu aliarumque rerum plurimarum ariolantur, quid boni mali que sit even- turum: deq; auguriis omnibus & prognosticis libtos habent diligentissimè scriptos. Horum alteri sunt duces, ac velut D magistri, alteri comites ac discipuli. Est alia horum peritia, investigare transitus, non equorum modo jumentorumque, sed hominum quoque, per vestitum, per nudam, per duram humum, per lapides, per saxa: ut nec numerus eorum, qui transferunt, inquam fetè eos fallat. Qui apposita voce In- vestigatores dici possunt. Hi artius ita specimen ediderunt insigni bello, quod Ferdinandus contra Mauros gessit. Nam cum centum Sataceni equestris apud regem suum devovif- sent, nunquam reversuros, nisi præclarum aliquod adver- sitas Christianos facinus edidissent, & clam per invia ad Chri- stianorum præsidium opprimendum accessissent: Investigato- res eorum iter numerumque subdorati, certiores de in- sidis stationarios reddidere, & equetos insecuti, in tor- rentis alveo utrinque interclusos, sese dedere coegere, lon- gæ feræ colligatos unico fune. Laurentius Valla lib. 1. Hi- storiarum.

Consule Titulum de Ethnicorum Religione.

AUGURIORUM VARIA EXEMPLA.

Pete ex Loco, & Titulo de DIVINATIONE, & ASTROLOGIA. Tit. Prædictiones Astrologice. L. B. T. bear. vite Human. Tom. 1.

Augustus Mensis. Quare Tit. Mensium.

AUGUSTI. APPELLATIO.

NOMEN UNDE QUIBUS COMPETAT.

Augusti nomen ab augendo Imperio Egessipus deducit, quòdque suos auget Imperator, non minuat, l. 5. Excid. Hierosolym. Unde Augustus, quasi Auctus. Loca verò que religione & augurio consecrantur, augusta dicuntur. Ita Ennius:

Augusto avgrvio postquam inclyt a condita Roma est. Primus nomen Augusti Octavianus Cæsar accepit, co- que salutat fuit, anno ab Urbe condita 725, quem trium- phum ex Ægypto reportavit: quòd nempe Romam auxil- let. Eoque nomine imperii apicem in eo residere declara- runt: atque ex illo die, summa rerum omnium potestas cir- ca unum permanfit, quam Græci ἰσοπαρῆαν dicunt.

Nomen verò Augustus, majoris est dignitatis, quàm nomen Cæsaris: quòd Eusebius docet, quando ait, Constan- tium omnium primum Augustum, & Sebaltum, (hoc no- mine Græci utuntur ad designandum Imperatorem quasi venerabilem) appellatum fuisse. Itaque hoc nomen ad Im- peratores omnes devolutum, & paulatim translatum fuit, ut mox diceret.

QUI RESPUERINT.

Tiberius Imperator, ne Augusti quidem nomen, quan- quam hæreditarium, ullis nisi ad reges Epistolis adjecit, teste Suet.

Caligula, Cæsar appellari voluit, non Augustus, eodem teste c. 22. Ita & Nero & Galba. Quin Caligula, cum populus ei acclamasset, Juvenis Augustus: tanquam injuriam si- bi irrogassent, plures trucidavit.

Vitellius, dum nomen Germanici cupidè acceptavit, ta- men Augusti distulit. Suet. c. 8.

Trajanus in Senatu à Nerva Cæsar dictus est, non Au- gustus. Dion. Cæterum uxores, & filie imperatorum, cum etiam nomen Augustæ sibi assumpsissent; tamen Pertinax Imperator, ut auctor est Julius Capitolinus, hanc uxoris ap- pellationem recipere noluit.

Uxor quoque & Soror Trajani, hoc nomen Augustæ re- cusarunt. Existimabant, plus honoris & eminentiæ esse in eo, quòd uxor & soror dicerentur Trajanique sibi Augustæ nomine vocarentur.

De Matribus exempla sunt in ea quæ Vitellii, Sextilia: Tacitus lib. 18. in Antonia, Claudii: Suet. in Claudio c. 11. in Mammea Alexandri Severi, ut refert Herod. lib. 5.

QUANDO AB IMPERATORIBUS ASSUMPTUM.

Post Antonium Pium & Marcum Imperatores usque ad Maximum dicti sunt Antonini, quòd nomen, ait Lam- pridius in Diadema, à Pio cepit, & paulatim per Antoninos usque ad ultimas fordes pervenit. Imò Antonini nomen in Heliogabalo auctoritate eratam, idem est testis.

Post Maximum igitur Imperatores nomen Augusti sumperunt, ab Imperatore Augusto, ut monet Dio. Videar- tur de hac re doctissimus Tractatus Julii Cæsaris Bullingeri lib. 1. de imperio, c. 12.

AD QUÆ ETIAM TRANSLATUM.

Ab hac voce plures Civitates nomen sortitæ fuerunt, Au- gustodunum & Cæsar Augusta, Augusta Vindeliorum. Itæ Item mensis, antea Sextilis dictus, & cohors Augusta dicitur. Aitor. c. 29. & milites Augustales vocat Veget. l. 2. de re milis. c. 7. eos qui primos ordines in bello ducabant, ab Augusto ad id munus electi. Tandem adjectivè sumptum, ad omnes res magnificas & illustres transferretur illius significatio.

AVIS.

DEFINITIO. ETYMOLOGIA.

Avis animal est volatilis pennis decoratum, unde à volu- cri distinguitur; volucres enim appellantur quæcunq; volant: ita dictæ à volando & celeriter; hinc volucriter Am- miano l. 7. & 30. idem significat, quod celeriter: occupavere ait, volucriter regit. Igitur apes, mulcæ, papiliones, volucres quidem sunt, nò tamè aves: vespertilio avis annumeratur, quamvis pennas non habeat, sed alas membranaceas. Èque species quedam anatis circa insulam S. Laurentii, quæ toto corpore pennata, pedes habet squamarum instar, at alas exi- guas verticillores, calque solidas, & velut osses. Avis ergo

A veluti species quædam se habet ad voluerem, ita dicta secundum Isidor. l. 12. orig. c. 7. eò quod vias certas non habeant, sed per avia liberè divagantur. Perotus ab adventu annuo satis imperitè deducit. Fortassis, quod avia, id est, loca secretiora petant, hinc oblectentur, aves dictæ, quomodo Aulæa ad Hæren. l. 1. Avium, ait, dulcedo ducit ad aviam. Græci præter avem appellant, Hebræi verò Oph, à radice Aph, id est, volavit.

EARUM PRODUCTIO, SPECIES, DIFFERENTIÆ.

Aves quinto die productas à Deo, meminit Scriptura Genes. c. 1. Idque ex aqua tanquam materia. Ita canit Ecclesia in suo Hymno:

Magne Deus potentia, Partim remittis gurgiti. Qui ex aquis ortum genuit, Partim levat in æera

Cujus tamen contrarium insinuat videtur Cæteranus, & Catharinus, qui docent, aves è terra factas; neque id temerè, aut sine fundamento. Verùm communis sententia est tenenda.

Aviù aliæ sunt perfectiores, aliæ imperfectiores: vocantur B perfectiores, quæ voces humanas distinctè, & articulatè reddunt, & sunt velut domesticæ, ut meruli, picæ, & præ reliquis Pistraci. Imperfectiores sunt, quæ nihil commercii habent cum homine, ut pleræque carnivore, lucifugæ, & sordidæ.

Viginti avium species numerantur, quæ immundæ sunt, in sacris litteris, & quæ parùm esui sunt aptæ. De quibus vide c. 11. Leviticus.

Species avium numerantur apud Gesnerium, & Aldrovandum, circiter centum & quinquaginta.

De quarundam avium magnitudine & quantitate. Vide titulum de Animalis in genere.

In aves prodigi. Vide Prodigialitas.

Aves amare, delectari, &c. Vide Amor, studium, circulares particulares.

Consule etiam Tit. de Locis consideratis respectu verum, quæ hoc, vel illo loco inveniantur. Item Tit. Domitores animalium: Venationis studium: Donaria: Nominis impostio. His enim omnibus, quædam etiam de avibus reperiantur.

AVIUM LOCA NATURALIA

In Genere.

C In Orcadibus insulis avium, tanta est copia, tum sylvestrium, tum domesticarum, quanta nunquam in tota Albione. Hæ Boethius in Scotia.

In lacu Albo inter Scricfinnos & Biarmos & Moschos habitant infinite species avium, continuum garritum ferè sex mensibus, sub clarissima luce dierum ac noctium, usque ad grave fastidium, emittentium. Olaus l. 9. c. 49. Septentium.

In specie. Ubi.

Galli, Galline.

Gallorum gallinaceorum quidam ad bella tantùm & prælia assidua nascuntur, quibus etiam patrias nobilitant Rhodum ac Tanagram. Secundus est honos habitus Melicis ac Chalcidicis. Horum sunt tripudia solissima. Hi magistratus Romanos quotidie regunt, domosque ipsas suas claudunt, ac referant ibi sales Rom. impellunt aut retinent, jubent acies aut prohibent, victoriarum omnium toto orbe parturam aruspices: hi maximè terrarum imperio imperant, exis etiam sibi quæ haud aliter quam optinæ victimæ diis grati. Habent olivæ & præposteri eorum vespertinique D cantus. Plin. lib. 10. c. 11. Hadrianus gallinis laus apud Rom. fuit maxima. Idem lib. 10. c. 53.

Oræ videri non oportet, id est, Cum Nibas coccyflaverit. Simillimum illi, ad Græcæ calendæ, Tradunt, in Theffalonia Macedonia civitate vicium esse, cui nomen Nibas, ubi Galli nunquam vocem edant. Quemadmodum & cicadæ mutæ sunt alibi. Unde proverb. de iis quæ nunquam fiunt, Cum Nibas coccyflaverit. Erasimus.

A gallinis dicitur insula Gallinaria appellata (quæ est in mari Thulco, secundum Italiam, contra montes Ligusticos, Intemelium, Alburnum, Ingaunum) ab villaticis, invecis è nautis, ibi feris factis, procreatis. Varro lib. 3. c. 9. Rei rusi.

Columbe.

Campania columbas habet nobilissimas. Plin. l. 10. c. 37.

Pavones.

Menodotus scribit, Sami circa facellum Junonis pavones primùm visos atque nutritos fuisse: hinc demum in loca externa missos: sicut Galli in Perside, Ætoliaque vocatæ Melegarides. Athen. lib. 14. c. 25.

Volat. lib. 25. dicit, Pavone primùm in India viso, Alexan-

drum admiratum, prohibuisse edicto, ne quis eam avem necaret. In Græciam demum delata, diu questus fuit: primum elegantibus tantum mercede indicatus, deinde ad eorum spectaculum admissa multitudine. Olaus lib. 19. c. 39.

Anates.

Prope Glegornum (teste Helvete Boetio Scotorum historico) ad duas leucas est rupes Bassensis, in qua est ara inexpugnabilis, circa quam magnarum anatum (quas Sollandas vocant) piscibus viventium, est mira multitudo. Hæ in vere turmatim à meridie in rupem de Bass. quotannis veniunt, & rupem duobus vel tribus gyris circumvolitant, nisi ficare incipiunt, & tota estate manent, ac piscibus vivunt: & incolæ rupis piscibus ab illis captis pascuntur. Alcendunt enim illarum nidos, & ad libitum pisces rapiunt. Olaus l. 19. c. 9.

Perdices.

Attici & Bæoti celebrantur perdices: quorum istos vocales, hos admodum exili voce esse, in confesso est. Antigonus in Nat. mirab.

Altypalæa perdicibus abundavit olim, ex qua in Anaphen illatum par perdicum, brevi temporis spatio mirificè augmentum fuit, sic ut parum abesse, quin præ illarum copia incolæ regionem deserere cogentur. Athen. lib. 6. c. 20.

In Lemnion insulis, quæ Næx seu Novæ vocantur, neque nascuntur perdices: & si importentur, pereunt. Quidam prodigiosis narrat, mori eas, si vel conspiciant eam tertiam. Antigonus in Nat. mirab.

Cornices.

In Ægypti Arabiæque littore magnus est cornicium numerus ad capiendos pisces: quarum aucupio latrones ab Æthiopiæ Æthiopum rege in ultima deserta relegati, urbe Rhinocera condita, omni regentes, vitam suam sustentant. Diodorus lib. 1. c. 4.

Phanodemus lib. 2. Attribidus scribit, Delum insulam ab Achivis Ortygiam nominari, quoniam cornicium greges ex pelago delati in ipsam insulam volant, quæ commodum his præbet portum. Athen. lib. 9. c. 15.

Cornices.

Andron. in 4. lib. Sacrific. ad Philippum scribit, in Attica nullam cornicem visam esse in arce inittare. Apoll. de Hist. G. mis.

Lusciniæ.

Myrsilus, qui Lesbica composuit, in Antissæa prohibet regionem (quo loco fabulæ ajunt sepulchrum esse Orphet caput idque sepulchrum incolæ ibi ostendunt) lusciniis quàm alibi melius canere. Antigonus in Nat. mir.

Cygni.

Non longè à Londino regia civitate Angliæ, in flumine Tamesia reperiantur plura millia cygnorum domesticorum etiam in lacu Scotiz, Spina dicto. Olaus lib. 19. c. 16. Septentrium, gentium.

Strympthalides.

Arabiz deserta, præter cæteras feras, volucres etiam alunt, Strympthalides nuncupant, hominibus nihil mihiotes leonibus, & pardis. Siquidem in eos, qui ad earum aucupia exierint, involant, aenea ferreaque corporis tegumenta facillè rostris perfodiunt. Ac si è libro se quodam, qui eas captant, factis amiculum velant, haud aliter volucrum rostra caudibus deprehensa tenentur, quàm visco avicularum pinæ. Grubibus illæ quidem sunt magnitudine pares, forma ibibus persimiles: rostrum tamen & validiora, neque ut ibes adunca habent. Sic dicitur, quod ad Strympthalam Arcadiæ fluvium, H qui postea Erasimus dicitur esse, ab Hercule vel sagittis confectæ, vel (ut alii volunt) crepitaculorum sonitu ex eo loco pulsa fuerint. Pausanias in Arcad. & Diodorus Siculus.

AVIUM PUGNÆ, INDICIA BELLORUM.

Pete ex loco de Bello. Tit. Belli Indicia, Prægnostica.

Aulæa.

Quere simul de Vestimentis, & Vestitu.

UNDE DICTA BOMUMQUE OFFICES.

Aulæa, ornamenta, quibus parietes & aulæ reguntur, primùm, teste Servio super 3. Georg. in aula Attali regis Asiæ, unde nomen habent, inventa sunt, postquam is populum Romanorum fecit heredem.

Aquila Judæus, Ponticus genere, aulæorum textor, cum uxore Priscilla, Roma à Claudio pulvis propter tumulatores Judæos à Paulo Apostolo, qui apud illum operabatur, in fide Christi Corinthi institutus, Ephesi demùm vixit, & prælatè de

de Ecclesia meritis est. Quod ex Actis Apostolorum cap. 18. Eshebio, & Pauli Epistolis, colligi potest.

Aulatores.

Vocantur hoc nomine Aulatores, Regum & Principum auribus & aulis incubantes. Aulatores ergo quasi aulatores: & ἀυλαῖς κρηαῖς. Vel ut Constantinum dicere solitum memorat. Aurallus Vator in vita Iulii, forex ex tinea Palatii, habens in ore semper illud Harpagi, Mihi placet quidquid Rex fecit: Et Socrates agentis de Demetrio: Quidquid Rex jubet, id & erga Deos sanctum, & erga homines iustum est. Et Gnationis apud Trecentium in Eunuchis:

Negar quis? nego, ait? aio, Polivemo egomet imperavi mihi omnia assentari. Quare Tit. de Adulatione. Item Tit. proxime sequentem.

Aula. Aulici.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Aula apud Grammaticos & Historicos sumitur pro Atrio, Regia, Palatio, & loco qui vento sit perflatilis, quasi ab aura. Hoc nomine apud Homerum, ἄυλα, id est, subdialia intelliguntur, & loca ampliora. Athenæus domus principum, quod vento & aeri exponitur, aulam sive αὐλῶν appellat. Et quia Principum palatia solent habere amplissimas porticus & subdialia, suntque adificia altiora, quæ ventis facillè persistantur, factum, ut aularum nomine communiter intelligantur regia, aut magnorum Principum palatia. Olim tamen & de Imperatoris domo dicebatur, Tandem & Regia, aula dicta fuit. Unde Aulici etiam expositi à Comites Cæsaris. Aulam pro Comitatu Sueton. accipit lib. 6. cap. 6.

Alii Aulam dictam volunt, quod satellites illic solent παραυλαῖς, id est, excubare. Athenæus lib. 5. Græci etiam ἄυλα pro domo usurpant: αὐλα αὐλοῦ, Jovis palatium apud Hom. & Hesych. Ab Aula Aulici dicuntur, qui aulas Principum & mores sectantur.

AULARUM STUDIA. AULICORUM MORES.

Valde hoc nistatum est in aulis, ut in iis plures (sicut de Pompejo dictum est) adorem solum orientem, quàm occidentem. Plerumque ministri omnibus studiosè inclinant ad efflorescentem fortunam ejus, cuius nomen & gloria crescit, & deserunt eum, cuius gloria minuitur. Et nihil est instabilius volutatibus in aulis. Quidam in Polyant. Langii.

Benè Agrippa duorum adimonæ virum, qui in aula salvas vivere cuperet: 1. ut difficultatem rerum ipse amoliretur & inspiceret: 2. ut gloriam summæ manus regulis inlinguere. Dion. lib. 49.

Notissima vox est ejus, qui in cultu regum consueverat. Cum illum quidam interrogaret, quomodo rarissimam rem in aula consecutus esset senectutem? Injurias (inquit) accipiendo, & gratias agendo. Sæpè ad eò injuriam vindicare non expedit, ut ne fateri quidem expediat. Senec. l. 2. de ira cap. 34.

In aulis benè merentes personæ negliguntur: sed sycophantæ crescunt, & donantur prædiis amplissimis, ac fundis: omnia obtinent assentando. Quidam.

Plerumque in aulis plures sunt adulatores, & sycophantæ: quàm viri fortes, & benè de Republ. meriti: Principes magis amant Placatos, quàm Veroneses. Quidam.

Triplex est genus hominum, à quibus Reges ac principes miere vexantur. Primi generis sunt adulatores, seu assentatores: qui blandiendo & mentiendo, illorum animos occupant, & quasi excæcant. Secundi sunt delatores seu calumniatores: quorum tanta est improbitas, ut fidelissimos quoque, & de Republ. optime merentes, illis invisos reddant. Tertii vero generis sunt feneratorates, qui oppida, vectigalia & portoria illorum tenent oppignorata. Hoc triplex hominum genus per tres illas Harpays intelligitur, quas Poeta fingunt insidere mensæ Phineci oculis capti, & coinquinare omnia, ipsasque dapes præcipere nullo & calamitoso Regi. Tales enim homines inquant Reges ac Principes oculis animi captos, eorumque facultates, & alimenta, ad se rapiunt. Sub. in 7. Metam. Ovid.

Vere grati funt in Aulis qui adulantur Principibus, & accomodant se ad eum: claus Principum: reliqui qui salutaria monent, negliguntur, aut tantum non sunt, quanti debeant. Quidam.

Hoc est vitium Aularum communissimum, quod in iis

omnia sunt plena assentationibus: ubi primates quoque & consiliarii hæc præcipuè ingenium intendunt sum, ut assentant, quod regibus rideat, non servilibus tantum blanditiis, sed lenociniis quoque dediti. Quidam.

AULÆ GRAPHICA DELINEATIO.

Cum quidam ex Dionysii Syracusanorum tyranni assentatoribus Damocles commemoraret in sermone copias ejus, opes, majestatem, dominatus, rerum abundantiam, magnificentiam adium regiarum, arque beatiorem alium unquam fuisse negaret. Vixit igitur, inquit, à Damocles, quoniam hæc te vita delectat, ipse eandem degustare, & fortunam experiri meam: Cum ille se cupere dixisset, collocari iussit hominem in aureo lecto, strato pulcherrimo, textili stragulo, magnificis operibus picto, abacisque complures ornavit argenteo atoque calato. Tum ad mensam eximia forma pueros delictos jussit consistere, eosque ad nutum illius inruentes diligenter ministrare. Aderant unguenta, cotona, incensebantur odores, mensæ conquisitissimis epulis extruebantur. Fortunatissimus sibi Damocles videbatur. In hoc medio apparatu fulgentem ensem è lacunari seta equina appenim dimitti jussit, ut impenderet beati illius cervicibus: itaque nec pulchros illos administratores adpicebat, nec plenum arcis argentum, nec manum portagebat in mensam; jam ipse defluebat coronæ: denique exoravit Tyrannum, ut abire liceret, quod jam beatus nollet esse. Cic. lib. 5. quest. Tuscul.

Pingatur Vestibulum sublime atque inauratum, neque id humi situm & in solo, verum procul à terra, in edito collis fastigio: præterea inaccessum fermè & abruptum lubricoque aditu, ita ut plerumque qui se jam ad summum usque verticem penetrasse sperant, lapsio pede precipitanti frangant cervicem. Intus autem Opulentia sedeat, tota (sicuti videtur) aurea, majorem in modum formosa atque amabilis. Porò amator ubi vix tandem descendit, jamque ad fores accesserit, obstupescat, oculis in aurum dehis, deinde Spes, quæ & ipsa specioso vultu est, ac vericoloribus amicta, manu prehenfa introducat, mirè jam ipso ingressu artonium. Atque ab eo quidem tempore spes usque illum antecedit, ducatque, tum aliæ mulieres illum expicientes, puta Falacia Servitiusque, tradant Labori: At is miserum penitus defatigarum tandem Senectæ tradat jam moribundum, coloreque commutato. Postremò Contumelia artemptum illum ad Desperationem pertrahat. Ex hoc quidem tempore Spes avolsans evanescat. Tum ille non per aureum illud atrium, per quod ingressus fuerat, sed per porticum quandam & occultum exitum extrudatur nudus, ventricosus, pallidus, senex, levia quidem pudorem occultans, dextra vero seipsum strangulans. Occurrat autem exeuanti Pœnitudo, frustra lacrymans, & miserum bis etiam conficiens. Atque hic quidem esto picturæ finis. Lucian. de mercede condulii.

Alphabetum Aulicum.

Aula profanæ sedes aptissima menti, Bullatis gaudens titulis, spe dives in auri. Consilii inimica bonis, contraria vero. Delitios prægnans, hamata fertilis esca. Errorum speciosa domus fraudisque malignæ. Fortunatorum speciem mentis a locorum. Gloria ventosis quam tollit in æthera pennis. Humanos simulans confido lumine vultus. Invidiæ atque odii divo suffragaveneno. Kevraçon devionis quædam dicitur dicitur. Ludorum quærens varias ignava latebras. Muneribus dextras obvertens semper apertas. Nomina falsa gerens fuscæ subdoli aulis. Omnia latifrice referens ad gaudia vite. Principis ut blandia suis, ita sine molesta. Quarta tribus Furis favor addita Terespeia. Regnum ostentans elatè insignia dextra. Sorte potens, vera nulli ratione benigna. Temporibus consusa sine ordine, mobilis, exlex. Virtutem simulans, vitiorum immerga profundo. Zevobis te & avopov, vedadja r donaj. T novamie & dnoquans te & iprad quia. Zois r apyans usobos, r tartada dnoç.

Alud.

Aula eadem est omnino fides, quæ mobilis aura. Blanditur, verum mordet, ceu Scorpium, Aula. Consilii raro melioribus vitur Aula. Dissimulet, regnare diu qui possit in Aula. Exulat Integritas, Probitas, & Candor ab Aula. Ferre moras, iram frangere, docetur in aula.

Grana.

A Grande decus, ridere bonos, consetur in aula.
 Horrent vera loqui, cupiunt qui crescere in aula.
 Invidiam qui ferre nequit, discedat ab aula.
 Kyrie, qui senere, canant Eleison in aula.
 Langue virtutes, regnat scelus omne per aulam.
 Numeribus mentes hominum capiuntur in aula.
 Nugas Aura leves, & fumos vendit inanes.
 Ota quisquis honesta cupit, & sua T ante la pena est.
 Quæstus adulari & mentiri primus in aula.
 Rara avis in toto vere pius Aulicus orbe.
 Sinceris, & simplicibus, va semper in aula.
 Turpe senex & inopi, quando incolit aulicus aulam.
 Vita difficilis methodus bene dicitur aula.
 Xanthè retroibis, erit quando constantia in aula.
 Zenones fati sunt atque Trajones in aula.
 Aulicæ vitæ & morum instructionem hanc tradit Ma-
 jolus in colloquio de Aula & Aula.
 Instrue me, Domine qui sum commodus aula,
 Et placeant mores Areolane mei.
B Illam quandoquidem callere carissimam artem
 Diceris, infanti doctus ab ungue puer.
 Excute sinceram recto de pectore mentem.
 Ingenuumque tuo prodeat ore nihil.
 Indue serviles animos sibi que favore,
 Vel minimis famulis, qua potes arte, plate.
 Blandus adulator, levis assentator haberi,
 Ne pudeat, nullus sit pietatis amor.
 Nullis flagitiis, nulloque offendere fastu.
 Indignissima fax, qua que nefanda probat.
 Dissimula, simula, servi bene, sed male fide,
 Denique nulla bonus vir tibi donas pete.
 Hen, quid ais? cupit hoc sapiens ita vivere patto,
 Cui vel nuda domi redere crusta luet.

**AULICORUM VITA INQUIETA
 DIFFICILIS, LABORIOSA, FUCATA.**

• APOPTHEGATA.

C De vita Aulica ex Menandri versibus, tale elogium eruitur.
 Hæc vita gaudet improbis potissimum:
 Sed assentator omnium primas enet.
 Deinde scyphorum et proximum est honor:
 Audire enim calumnias dulce admodum.
 At tertius conceditur locus livido.
 Artes nocendi qui scit assutissimè.
 Diogenes: Calisthenem quum quispiam, audiente Dio-
 gene Cynico, beatum dixisset, quod Alexandri aulicus esset:
 At, inquit Diogenes, infelix est, qui tum prandet, ac cenat
 cum Alexandro videtur. *Bruf. lib. 1. cap. 5.*
 Dionysius, quum Polyxenus Dialecticus Dionysio dice-
 ret; Ego te convinco: nimium verbis, inquit: At ego te re
 ipsa convinco, qui tuis relictis, me meaque colas. Signifi-
 cans, illum à schola ad aulam, à philosophis ad tyrannum
 transisse: non facturum, nisi hanc vitam judicasset beatiorum.
*Plut. in Apph. Idem colacem dicitur habuisse, qui spurum
 illius lingebat. Tales passim in aulis.*
 Omnilis iudicabat ad regni administrationem potius ad-
 mittendum eum, qui per se malus bonus haberet aulicos
 Damicos, quam bonum principem malos aulicos habentem
 Putans facilius unum malum à multis bonis, quam malos
 innumeros ab unico bono, à malitia ac erroribus pernicio-
 sis averti posse. *Fulg. 7. cap. 2.*
 Agrippa rerum gestarum gloria sub Octavio Augusto im-
 primis clarus, sæpe cohortabatur eos, si salvi & incolumes
 esse vellent, darent operam, ut principes liberarentur om-
 nium rerum difficultate & molestia: sed tamen eis rerum
 gloriam reservarent, nequaquam sibi. *Xiphilinus, Dionis ab-
 breviator in Augusto.*
 Constantinus Romanorum Imperator, cum Principum
 aulas ubique spadonum atque aulicorum improbitate re-
 fertes videret, eorum non tantum vehementer domitor fuit,
 sed tinea etiam atque forices palatii appellare solitus est.
Nicoph. interpres & scholiastes lib. 8. c. 14. Eccl. hist.
 Alexander Severus negabat se passurum, ut ipsius disposi-
 tiones ab aulicis venderentur: id quod fieri solet ab aliorum
 principum libertis & eunuchis. Eoque nunquam illum fe-
 llic, quod proposuerat. *Helius Lampridius in Hel. Severo.*

Idem urbem, provincias, & aulam suam purgavit boi-
 minibus non necessariis, dicens: Malum pupillum esse Im-
 peratorem, qui ex vicibus provincialium homines non
 necessarios, nec Republicæ utiles aleret. *ibid.*
 Carneades dicebat, nullam artem rectè disci à Regibus,
 præter artem equitandi: eò quod solus equus adulari nesciat,
 at excutiat ineptum fessorem. Infirmans, assentationem in
 aulis obtinere. *Georg. Rich. in Polir. c. 161.*
 Aulicus quidam injuriarum Palatinarum patientissimus,
 cum à quodam rogaretur, quomodo rarissimam rem in aula
 consecutus esset senectutem: Injuriarum, inquit, accipiendo,
 & gratias agendo. *Bruf. lib. 1. c. 5.*
 Sigismundus Imp. Reges ac principes in terris beatos esse
 ajebat, si exclusis superbis, mansuetudinis humanitatisque
 cultores in curiam adficerent. *Aeneas Sylv. lib. 2. commen-
 de rebus gestis Alphonfi.*
 Sylvester Episcop. aulicos, qui otii gratia curiam seque-
 rentur, semper in negotio futuros ajebat, nisi fe tandem vel
 cum periculo capitis inde amoverent. Innuat autem, quam
 difficulter ab aula divelli possint, qui nihil aliud quam otium
 & luxum sectantur. *En. Sylv. lib. eodem.*
 Alphonfus Rex, quum ex Sicilia navigaret, vidit aves tri-
 remem circumvolantes, & bolos à navigantibus projectos
 statim abripientes, ac volantes. Has cum amicis fecit na-
 vigantibus digito ostendisse. Per similes sunt his garris, in-
 quit, aulici aliquot mei, qui simulac concertantes benefi-
 cium à me accipiunt, statim aufugiunt. Notavit autem auli-
 corum ferè omnium mores, qui fidos servos principibus
 præstant, dum prædam, luxum, munera, &c. hiantes
 expectant: & voti compotes facti, à principum conspectu
 ad privatos fugiunt. *Panormitanus lib. 1. de rebus ab Alphon-
 fo gestis.*
 Aeneas Sylvius eos sibi aulicos plurimum sapere videri di-
 cere solebat, qui accepto aliquo beneficio, vel mediocri,
 curiæ valedicerent. Ostendunt enim animum suum exple-
 tum esse, & periculo se subtrahunt, in quod cutiales fre-
 quenter incidunt: qui veluti fies, ubi saginati sunt, in cen-
 nam domini mactantur. Cæterum, qui opes adepti magnas
 apud reges perseverant, non quidem id agunt, ut gratias
 referant, sed ut multo ditiores principum liberalitate ac mun-
 ificentia reddantur. *Aeneas Sylvius lib. 1. comment. de re-
 bus gestis Alphonfi.*
 Jactatur persona Principum ille vericulus:
 Non mihi sit serpens Medicus, Propheta, Sacerdos.
 Quo infamatur, ingratos in Aulis Principum, qui moment-
 cavenda in regimine victus, aut futuros eventus prædicant
 non sequentibus recta consilia, vel denique jubent respici-
 scere, & ad Deum per penitentiam aut religionis opera se
 convertere: quomodo evenit Propheta apud Regem *Asi-
 lib. 3. Regum.*
 Unicam autem gratiam in Principum aulis dormire, suo
 dicto confirmavit Fredericus Khon Germanus: videbat assi-
 duitatem & diligentiam cuiusdam Cancellarii Imperatoris
 Majestatis, & libridens, Quis, inquit, domine Cancellarie,
 tam strenuus & assiduus es rebus aulicis componendis?
 Eadem est gratia cæcanti in medium conclave, & everren-
 ti: notans lentas aularum gratias: quòdque verus sit hic ritus-
 mus.
*Ricci, qui senere, canant Eleison in aula. Gregor. Richt-
 erus.*
 Ita etiam Seneca: Aularum levia sunt beneficia, præcipi-
 tes injuriæ.
 Hinc bene & doctè Thomas Morus Cancell. Angl. cum
 Episc. Roffensis es statum & ordinem in aula gratularus esset:
 In aulam, ait, invitis veni: & in eadem non minus malè
 hæreo, quam quicumque equitandi insolens hæret in sella.
 Meminerat, ut erat lectioris magnæ, illius Luciani.
 — Excet aula,
 Qui volet esse pius. Virtus & summa potestas
 Non coeunt.
 Th. Staplet. in vita, cap. 7. Beyerlinck in Apophtheg. Chri-
 stianis. Milerum est, quod fratres quidam Aglicani scriptum
 reliquerunt:
 Vitam, animam, sumptus, operamque impendimus aulis
 Premia pro meritis que retribuit a paras?
 Aula deat nobis scripta notat a pappo,
 Et sine mente sonas, & sine corde manus.

AULICORUM VARIÏ CASUS.
 Macrinus sub Commodò fuit vitæ fortidæ, & prostitui-
 lum

Alum appellatus, gladiator, venator, tabellioque. Sub Seve-
 ro remotus ab officiis etiam miseris, & relegatus in Aphri-
 cam: ubi lectioris operam dedit, & declamavit, ut infamiam
 damnationis tegeter. Sub Antonio verò advocatus sicuti fa-
 ctus, patrocinante sibi Fesfo liberto, inde præfectus præ-
 torii, ablegatus collega, Antonium Caracallam Imperato-
 rem suum dolo interimi curavit, & sic imperium invavit.
Cyprian.
 Ablabius humili genere ortus, ad dignitatem prætorio
 præfecti sub Constantino Magno evectus, tanquam pila
 quædam & ludus fortunæ, plus Imperatore posse visus est.
 At mortuo Constantino, Cæsar Constantius imperium ade-
 ptus, ac sortem cuique fratrum suam partitus, obtinuit quic-
 quid ab Illyrico ad Nisibim usque extenditur: mox Ablabium
 imperio exiit, alioque administratores surrogavit. Ille
 apud extructam sibi olim in Bithynia villam, locum regali
 otio & cessu dicitur, substitit, cunctis admirantibus,
 quod imperare nollet. Paulo post percussoribus non paucos
 submisit, iussis primis literas reddere, qui in genua pro-
 cumbens (qui mox apud Romanos inolevit in salutando Im-
 peratore) honorarias illi in manum dederat literas. Ille ma-
 gno fastu receptis tabulis, metu solutus omni, purpuram ad-
 venas poposcit. At illi nihil fe amplius in mandatis habere
 profecti, pro foribus stare, quibus tradenda purpura: cura
 incumberet, dixerunt: quos ille insolente atque elato animo
 confestim accessit iussit. At hi injecta manu virum adorti,
 pro stola purpurea necem illi purpuream obtulerunt, fru-
 stratim disiecto, in modum pedicis, qua publico in epulo
 conciditur. *Eunap. in Eusebio.*
 Theodosius Magnus Rufinum multis honoribus exulit
 in primis verò cum Arcadio Augusto filio insequentem
 annum consulens declaravit, licet Promoti magistri militiæ
 clariss. nece vulgo infamem: quem iussit Theodosius in Thra-
 ciam contendente, per barbaros quosdam in insidiis con-
 stitutos dicebat interficere. Qua impunitate elatus, postea
 consulari, Taziano præfecto prætorii, & Proculo præfecto
 urbis judicium intulit, atque illi prædicturam, huic vitam
 iudicium sententia abtulit. *Sigon. lib. 6. Imp. Occid.*
 Eutropius eunuchus, Arcadii Imp. cubiculari præpositus, &
 consilii designatus, potentia extraordinaria nixus, homo pa-
 ganus, duo gravissima flagitia perpetravit. Primum, quòd
 in contumeliam Ecclesiæ edictum ab Arcadio extorsit, ut si
 quis ad Ecclesiam confugeret, ab altari abreptus pœnas gra-
 viores perolveret: quæ lex à Joanne Chrysolomo Constian-
 tinopolitano Episcopo, ingenti animi magnitudine impro-
 bata est. Deinde, quòd in Eudoxiam Augustam sese con-
 tumeliosus gessit. Itaque cum properet ad pœnam ab Ar-
 cadio quaeretur, impunitatis causa ad templum se contu-
 lit, & contra legem à se promulgatam aram supplex ample-
 xus est. Quam rem ubi Joannes vidit, consensu ambone,
 orate instituit, neque tantum facinus inultum patiendum
 esse, disserta admodum oratione contendit. Itaque Eutro-
 pius honore consulari spoliatus est, nomine ejus ex Fa-
 stis exempto, statuae & simulacra ejus omnia abolita, &
 in Cyprium deportatus: mox graviorum quoque criminum
 reus compertus, capite pœnas dedit. *Sigonius lib. 10.
 Imp. Occid.*
 Petrus Vinea Campanus, obscuro natus loco, sed doctri-
 na atque eloquentia, quantum ætas illa tulit, insignis, Federi-
 ci II. Imp. arcanorum omnium princeps ac moderator.
D Cæterum per invidiam, quæ in aula & oritur, & nutrimen-
 ta habet, atque virtutis perpetua est infestatrix, in suspicio-
 nem adductus, tanquam cum Pontifice Alexandro III. sen-
 turet (quo cum Fredericus bellum gerebat) luminibus est
 privatus. Cujus rei impatientis, atque ob id in furorem con-
 ventus, ad Sanctum Miniatum, quod Etruriæ oppidum est,
 sibi ipsi mortem conscivit. *Fulg. lib. 6. c. 11.*
 Engerranus Marinus, aulicorum intimus apud Philippum
 Pulchrum Francorum regem, maximas sibi opes gratia &
 obsequio comparaverat, opibus auctoritate tantam, ut
 ejus nutus non ceteri modo, sed & rex ipse in bellis susci-
 piendis & sciendicis videretur observare. Mortuo Phil-
 ippo, sub Ludovico Hutino pecculatus reus actus, & Caroli
 Valenti Comitiss, regis patrii, insidias circumventus, in
 cruce actus est. *Aemil. lib. 3. & Fulg. lib. 6. c. 11.* qui Enguerram
 Marignanum vocat.
 Jacobus Cor Bituricensis, qui apud Carolum VII. Gallo-
 rum regem summa queque ob fidem & opulentiam poterat,
 tandem criminis suspitione, quasi Agnetem Formosam re-
 gis concubinam veneno è medio sululisset, indicta causa

condemnatus, in exilium abijt. *Claudius Sesselinus in hist. E-
 Ludovici XI.*
 Alvarus de Luna, Aragonensis (putius, cum Joanni regi
 Aragoniæ adeò se infuisset, ut unus omnium regni regil-
 que potens videretur, Joannemque Navarræ regem & Hen-
 ricum magistrum militiæ sancti Jacobi, regnum gubernare
 conatos, armis deturbasset, postea tamen adveniente regi-
 na, è curia pulsus, aliquandiu privatus vixit. Dum autem
 pristinam dignitatem recuperare conatur, Regi clam sua-
 det, uti per speciem veneracionis in saltus propinquos egre-
 diatur, se illum potenti manu erepturum. Rex cum paucis
 egressus, parum custoditus nam Alvari jam penè nomen ex-
 tinctum erat) ad insidiarum locum pervenit. Hic Alvarus
 inter lectos exultans milites, liberum regem salvere dixit;
 eumque secum abduxit. Qua re vulgata, confestim mira in-
 clinatio regni facta est, & iterum ad Alvarum regni guber-
 natio devoluta. Nec diu post cum Joanne atque Henrico,
 atroci prælio commisso, victoria penes Alvarum fuit. Hen-
 ricus ex vulnere manus, quod in ea pugna receperat, mor-
 tem objit. Magistratum ejus Alvarus obtinuit, & aliquan-
 diu post Regis patitur & regni moderatur est habitus. **F**
 extremum cum nobilem quandam justa Regis parum sibi
 grata nunciante è senectus præcipitasset, captus & securi
 percussus est. *Aeneas Sylv. lib. 47. Europe. & Fulg. lib. 6.
 c. 11. & Sab. lib. 7. c. 8.*
 Jagello natu maximus Olgerdi Lituaniz ducis, paterno
 principatu potitus est. Erat apud eum gratiosus in primis
 Violdio quispiam, rusticana & obscuro sortis homo, calli-
 dus & impiger qui cum primùm in pristino apud Olgerdum
 se exercuisset, & industriam suam probasset principi, cu-
 bicularius, ac deinde pocillator factus est, fuitque in int-
 imis Olgerdi, quoad is vixit, Jagello insuper foretorem suam
 in matrimonium ei collocavit. Quæ res non leviter Keistu-
 rum patrum ejus offendit, Violdio ab eo sibi metens, cri-
 minari Keisturum apud Jagellonem instituit: eoque concu-
 silis suis juvenem per Jagellonem, ut is clam sedes cum Cruciferis
 Prussienibus advenit patrum iniret. Keisturus Vilnam
 cum summo principatu Jagelloni adem, Violdionem in
 cruce egit. Tandem Jagello Keisturum & Vitoudum filium
 ejus per speciem colloquio evocatos cepit: Keisturum
 in carcere necavit: Vitoudus verò Vilnæ in custodia diutius **G**
 aservatus, uxoris dolo liberatus est. Nam ea cum liberam
 haberet committendi ad virum potestatem, nocte quadam
 commutato cum una de duabus pedisequis habitu, veste
 muliebri indutum eduxit. Emilius in Maloviam ad Joan-
 nem ducem affinem suum, atque inde in Prussiam ad Cru-
 ciferos confugit. Jagello, dominatu pacato potitus, He-
 dugim Ludovici Ungariæ regis uxorem duxit, Baptisma
 regnum Poloniæ, & Uladislai nomen suscepit. *Cromerus
 lib. 14.*
 Cichus Symoneta, honestis natalibus ortus, in Calabria,
 Francisci Stortiz Mediolanensis ducis, & post eum Galeacii
 filii consiliatorum in moderando imperio particeps, ob fidem
 egregiam, & opibus & honoribus plurimum auctus, quem
 locum apud Stortianos principes patrem ac filium habue-
 rat, incolentem etiam apud filii conjugem, illi que filium
 tuebatur: eumque diutius obtinuisse, nisi fortuna invidis-
 set. Eum enim, cum scopulum, inter Galeacii fratres ac con-
 jugem objecit: & quia Cichus, ut vidua ducis ac pupilli fa-
 luti consuleret, Galeacii tres fratres, cum Roberto Sanse-
 verino, quorum magnitudo animalique jam formidolosus **H**
 esse cœperat, in exilium egerat: Ludovicus ac Robertus,
 armis in patriam reversi, cum res suas cum Galeacii conju-
 ge composuissent, in Cichum, femina duce permittere,
 sevirunt, directa domo, populatis possessionibus, filii per
 orbem tetraurum sparsis: ipsum demum post gravia tormenta,
 senio jam confectum, neque de dominis quos habuerat,
 neque de populis aliqua in parte malè merentem, in Tici-
 nensibus secuti perculserunt. *Fulg. lib. 6. c. 11. & Sabell.
 lib. 7. cap. 8.*
 Otho Crondorfier obscuro loco natus, apud Rudolphum
 palatinum Rheni eò dignitatis & gratiæ pervenerat, ut ad vi-
 cariam operam maximum secundum principem honorem
 eveheretur. Qua auctoritate fretus, petulantius apud fi-
 lium de matre locutus, discordiam inter eos excitare cœpit.
 Hanc ob causam utrumque in sepulchrum habens, oculos & lin-
 guam procacem amisit. *Aventin. lib. 2. Annal. Bojorum.*